B

CABALOMACHIA

HOC EST

Artis Cabalisticæ Oppugnatio.

DIATRIBA

Exegetica, Didascalica, Catacritica

DUOBUS DISTINCTA CAPITIBUS,

In quorum uno agitur

DE CABALA HEBRAICA,

de PYTHAGORICA in altero.

AUCTORE

G. BERARDO SCINFLENI

S. T. P.

VENETIIS, MDCCXVIII.

Ex Typographia Bragadena.

SUPERIORUM PERMISSU.

LECTORI
BENEVOLO.

QUAMVIS Spiritus Sanctus *Proverb. c. 25. v. 27.* dicat: *altiora te ne quæsieris,*

& fortiora te ne scrutatus fueris, curiositatis tamen labes à Protoplastis, posteris mortalibus ingenita, illos tàm vesanà sciendi libidine interdùm abripit, ut operationibus etiam noxiis consequi desudent, quod naturaliter scire, utpote occultum, aut futurum, & à Deo sibi unicè reservatum illis meritò inhibetur. Inter illicitas Artes, quas ad hoc obtinendum, homo tantùm ad suam perniciem ingeniosus adinvènit, haud dubiè, Lector Benevole, est Cabalistica, quæ hàc tempestate animis aliquorum ita insedit, ut ab eis & exerceatur

ut

ut innocens, & credatur ut vera. Hujus mali tota causa, ni fallor, Doctorum Silentium est; nam cum de eà à plerisque nihil, & à paucis etiam parùm, & contractiùs quam par est, agatur, hinc fit, ut quò magis deficit correctorum censura, eò ampliùs errantium numerus augeatur, & invalescat. Ad evellendum igitur errorem hunc, Divinis Literis adversum, Sacræ Theologiæ injurium, Fideique Orthodoxæ maximè dissonum, opusculum hoc pià quàdam sollicitudine, licet summà imbecillitate exaratum in lucem edere, & pu-

blici juris facere me non piguit memorem illius moniti: *corripe amicum tuum ne iterum addat facere: corripe proximum ne fortè iteret; Eccl. c. 19. v. 13. 14.* ut damnatà rationibus, & numero plurimis, & robore firmissimis, hàc Arte tanquam impià, & magicà ab illà quisque omni tergiversandi causatione præreptà non minus studium, quam fidem salutariter avertat. Filia Innachi Io mox ut suam ferinam deformitatem adhùc sibi ignotam in fluminis aquà detexit, ita ingemuit, tantoque horrore correpta est, ut illicò fugam carpens;

nequi-

nequiverit minimo temporis puncto ſuammet perferre præſentiam

Novaque ut conſpexit in undà
Cornua, pertimuit, ſeſeque exterrita fugit. Ovid. *Met.* 1.

Cabaliſta in hoc Opuſculo Demoniacam inſpiciens ſuam, perterrefactus, à ſemetipſo tàm horrendam agente perſonam abſcedens, in virum alterum, ingenuum, probum, religioſum protinùs abeat: *Curioſum nobis natura ingenium dedit*, ait Seneca *lib. de Otio ſapientis*, ſed ſuam nemo explere debet curioſitatem

cum

cum Dei dispendio, cum sui opprobrio; *melius est enim*, testatur Origenes *Hom.* 16. *in Numer. ignorare, quàm à Dæmonibus discere* quinimò Nescire ea, quæ Maximus Magister scire vetuit, erudita est inscitia *Non sunt scrutanda*, ait D. Prosperus *de gent. vocat. quæ Deus occulta esse voluit, ne in illis illicitè curiosi inveniantur*. Hujus Diatribæ hic unicus scopus, & sontica causa vanitatem, & superstitionem istius Artis aperire, eamque à Christianorum animis radicitus, & cum stirpibus imis revellere, ne his technis irretiti à vià veritatis exorbitantes no-

ɔxiis illudantur fallaciis, ;que impiis erroribus mi-rrımè illigentur. Quoniam ıtem quaſi in duplici ſpe-ɜ nobis hæc Ars ante ocu-ꞩ obverſatur, Hebræa ſci-et, & Pythagorica, quæ ɜt non ita diſcrepent, ut am non aſſimilentur, & ſint luti ſorores ab eàdem Ma-: Magià progenitæ, ut de ĩs poſſit dici, quod de Fi-bus Thetidis Poeta ceci-: *Metam. l. 2.*

Facies non omnibus una eſt
Nec diverſa tamen, qualem de-
cet eſſe ſororum.

ıilominùs ſub diverſis ca-ibus eas tibi Siſto, ut

quò

quò clariùs earum ſacrilegam malitiam detegeris, eò ſtudioſiùs illam abomineris. Sciens autem quod, ut ait Terentianus

Pro captu Lectoris habent
ſua fata libelli

benigno Sapientiæ tuæ Spiritui juxta effatum *Sap. c. 1. v. 6.* opuſculum commendo, idque pro tuâ humanitate te facturum planè mihi polliceor. Phraſim in eo, quæ nonnunquam à latini ſermonis puritate abludit, invenies, imò ingenuè profiteor nullo ferè me loco vernaculam elegantiam æquaſſe, & hoc non tantùm, quia

ea

ea qua par est, scientia in dicendi cultu me minimè instructum reor; verùm etiam quia impensiùs ad investigandam veritatem, quàm ad seligenda verba incubui. *Bonorum ingeniorum*, ait August. *de Doctrinâ Christ. l.4. c.11. insignis est indoles in verbis verum amare, non verba.* Sphalmata typografica docta manu emenda. Si quid boni, totum Deo tribue, sine cujus lumine nihil est in homine: si quid minus aptè dictum offitioso munere, & lingua benevola admone: *homines sumus; moniti meliora sequemur*, ut ad Imperatorem Vespasianum

dixit Plinius Major. Me igitur comiter fave, & tu interim salubriter vive.

DE CABALA HEBRAICA.

CAPUT PRIMUM.

1 SCiendum est, Cabalam esse nomen derivatum à verbo Hebraico *Kabal*, vel potius à Chaldaico *Kibbel* ut notat Joan. Fungerus in *Etymolico Triling:* quod latinè importat *Recepit*, ita ut Cabala idem sit ac *Receptio*, cui ex opposito respondet Masora scilicet Traditio; sed tali modo considerata, ut continuà successione à prioribus ad sequentes deducatur. Fosterus verb. *Kabal*, mirabile de hoc nomine effingit systema: vult enim nomen Cabalæ idem esse ac Sibyllæ, & quoties aliquid de Sibyllis, aut earum vaticiniis auditur, nil aliud esse, quam Kabulæ, ut ejus verbis utar, sive libros, sive vaticinia, quæ ex Cabyllà, id est Patrum Doctrinà recepta sunt, & conservata. Confusionem verò horum nominum evenisse testatur ex errore Græcorum, qui, cùm Cabalæ vox illis peregrina esset, & ignota, Fœminam, fuisse Cabulam nomine Sibyllę nuncupatam commenti sunt, quæ per multa sæcula vixerit, & sicut Deorum vates sententias protulerit. Hoc

Cabalæ Etymologia.

Commentum Fosteri de Cabalæ nomine.

tamen exoticum, & absurdum Fosteri inventum, ex Cabalæ originis ignorantià Sibyllas in Mundum invectas esse, ab omnibus meritò deridetur; cum ex Cicerone, Varrone, Augustino, Eusebio, Hieronymo, Lactantio, Justino, Bedà, Ammiano Marcellino, & aliis innumeris, habeatur & Patria, & Nomen, & numerus Sibyllarum, quæ nullo modo confundi possunt cum Cabalà.

Variæ ejus definitiones.

2 Hanc definit Alstedius *Encyclop. l.* 35. *Sect.*4. §. 1. dicens, quod *sit Hebraici Textus arcana Consideratio oretenus tradita, & accepta*. Leusdenius in *Philolog. Hebraico p.* 310. *dissert.* 26. eam vocat Scientiam occultam pro indagandis altissimis Legis Scriptæ Mysteriis, quæ vocibus, literis, punctis, & accentibus hebraicis continentur. Reuchlinus *l.* 1. *de Arte Cabalisticà, Cabala est, inquit, divinæ revelationis ad salutiferam Dei, & formarum separatarum contemplationem traditæ symbolica Receptio, quam qui cœlesti sortiuntur afflatu rectò nomine Cabalici dicuntur, eorum discipulos autem Cabalæos appellabimus, & qui eos imitari conantur, Cabalistas.*

Origo Cabalæ sane ridicula conficta ab Auctore Jetsiræ.

3 De Cabalæ origine multa falsa, incerta, & vana apud hujus facultatis Patronos leguntur. Auctor Jetsiræ censet eam ministerio Angeli Razielis Adamo fuisse à Deo traditam

ditam in promissione illi factà de venturo Messià designato in quatuor illis literis יהוה Jod He Vau He, quam postea artem Abelem docuit, cum illam sprevisset Cainus, & post mortem Abelis Setho tradidit, Sethus Enoso, Enosus Enocho Enochus Patriarchis, illi filiis suis, & Nepotibus usque ad Noè, Noè ad Semum transmisit, cujus præceptor fuit Angelus Zadkiel: deinde Abrahamus Isaacum docuit, cujus præceptor Raphael, Isaacus Jacobum, cujus præceptorem facit Angelum Pelielem, & à Jacobo ad Moysem pervenit, cujus præceptor Angelus Metatron. Hæc est Cabalæ successio ab Adamo usque ad Moysem, & sanè ridiculè ab auctore Jetsiræ deducta.

4 Alii multi Rabbini docent Cabalam non ab Angelo Metatrone, sed à Deo Moysi in Monte Sinaii fuisse infusam, & postea ab ipso aliis traditam: ita R. Eliazer, R. Simeon Bonlangis, R. Ismael, R. Jodan, R. Nachinam, R. Moyses Ægyptius, qui in sui Deuteronomii initio hoc ordine narrat fuisse ad posteros transmissam: nempe eam à Deo Moysem accepisse, quam Moyses Josuæ tradidit, Josuas Phineè, Phineè Heli Sacerdoti, Heli Samueli, Samuel Davidi, David Achiæ, Achias Eliæ, Elias Eliseo, Eliseus Jojadæ Pontifici, Jojadas Zachariæ, Zacharias

Successiva Cabalæ traditio secundum aliquos.

 Oseæ

CABALOMACHIA

HOC EST

Artis Cabalisticæ Oppugnatio.

DIATRIBA

Exegetica, Didascalica, Catacritica

DUOBUS DISTINCTA CAPITIBUS,

In quorum uno agitur

DE CABALA HEBRAICA,

de PYTHAGORICA in altero.

AUCTORE

C. BERARDO SCINFLENI

S. T. P.

VENETIIS, MDCCXVIII.

Ex Typographia Bragadena.

SUPERIORUM PERMISSU.

LECTORI BENEVOLO.

QUAMVIS Spiritus Sanctus *Proverb. c.* 25. *v.* 27. dicat: *altiora te ne quæsieris*,

& fortiora te ne scrutatus fueris, curiositatis tamen labes à Protoplastis, posteris mortalibus ingenita, illos tàm vesanà sciendi libidine interdùm abripit, ut operationibus etiam noxiis consequi desudent, quod naturaliter scire, utpote occultum, aut futurum, & à Deo sibi unicè reservatum illis meritò inhibetur. Inter illicitas Artes, quas ad hoc obtinendum, homo tantùm ad suam perniciem ingeniosus adinvènit, haud dubiè, Lector Benevole, est Cabalistica, quæ hàc tempestate animis aliquorum ita insedit, ut ab eis & exerceatur

ut

ut innocens, & credatur ut vera. Hujus mali tota causa, ni fallor, Doctorum Silentium est; nam cum de eà à plerisque nihil, & à paucis etiam parùm, & contractiùs quam par est, agatur, hinc fit, ut quò magis deficit correctorum censura, eò ampliùs errantium numerus augeatur, & invalescat. Ad evellendum igitur errorem hunc, Divinis Literis adversum, Sacræ Theologiæ injurium, Fideique Orthodoxæ maximè dissonum, opusculum hoc pià quàdam sollicitudine, licet summà imbecillitate exaratum in lucem edere, & pu-

blici juris facere me non piguit memorem illius moniti: *corripe amicum tuum ne iterum addat facere: corripe proximum ne fortè iteret; Eccl. c. 19. v. 13. 14.* ut damnatâ rationibus, & numero plurimis, & robore firmissimis, hâc Arte tanquam impiâ, & magicâ ab illâ quisque omni tergiversandi causatione præreptâ non minus studium, quam fidem salutariter avertat: Filia Innachi Io mox ut suam ferinam deformitatem adhùc sibi ignotam in fluminis aquâ detexit, ita ingemuit, tantoque horrore correpta est, ut illicò fugam carpens;

nequi-

nequiverit minimo temporis puncto ſuammet perferre præſentiam

Novaque ut conſpexit in undà
Cornua, pertimuit, ſeſeque exterrita fugit. Ovid. *Met.* 1.

Cabaliſta in hoc Opuſculo Demoniacam inſpiciens ſuam, perterrefactus, à ſemetipſo tàm horrendam agente perſonam abſcedens, in virum alterum, ingenuum, probum, religioſum protinùs abeat: *Curioſum nobis natura ingenium dedit*, ait Seneca *lib. de Otio ſapientis*; ſed ſuam nemo explere debet curioſitatem

cum

cum Dei diſpendio, cum ſui opprobrio; *melius eſt enim*, teſtatur Origenes *Hom.* 16. *in Numer. ignorare, quàm à Dæmonibus diſcere* quinimò Neſcire ea, quæ Maximus Magiſter ſcire vetuit, erudita eſt inſcitia *Non ſunt ſcrutanda*, ait D. Proſperus *de gent. vocat. quæ Deus occulta eſſe voluit, ne in illis illicitè curioſi inveniantur*. Hujus Diatribæ hic unicus ſcopus, & ſontica cauſa vanitatem, & ſuperſtitionem iſtius Artis aperire, eamque à Chriſtianorum animis radicitus, & cum ſtirpibus imis revellere, ne his technis irretiti à vià veritatis exorbitantes

no-

noxiis illudantur
atque impiis err
ferrimè illigentur
autem quasi in c
cie nobis hæc Ar
los obversatur, I
licet, & Pythagc
licet non ita disc
etiam non assimile
veluti sorores ab e
tre Magià progen
ipsis possit dici, c
labus Thetidis
nit. *Metam. l. 2.*

Facies non om
Nec diversa tame
cet esse soro

nihilominùs sub
pitibus eas tibi

noxiis illudantur fallaciis, atque impiis erroribus miserrimè illigentur. Quoniam autem quasi in duplici specie nobis hæc Ars ante oculos obversatur, Hebræa scilicet, & Pythagorica, quæ licet non ita discrepent, ut etiam non assimilentur, & sint veluti sorores ab eàdem Matre Magià progenitæ, ut de ipsis possit dici, quod de Filiabus Thetidis Poeta cecinit *Metam. l. 2.*

Facies non omnibus una est
Nec diversa tamen, qualem decet esse sororum.

nihilominùs sub diversis capitibus eas tibi Sisto, ut

quò

quò clariùs earum sacrile-
gam malitiam detegeris, eò
studiosiùs illam abomineris.
Sciens autem quod, ut ait
Terentianus

Pro captu Lectoris habent
sua fata libelli

benigno Sapientiæ tuæ Spi-
ritui juxta effatum *Sap. c. 1.
v. 6.* opusculum commendo,
idque pro tuâ humanitate
te facturum planè mihi pol-
liceor. Phrasim in eo, quæ
nonnunquam à latini sermo-
nis puritate abludit, inve-
nies, imò ingenuè profiteor
nullo ferè me loco verna-
culam elegantiam æquasse,
& hoc non tantùm, quia
ea

ea qua par est, scientia in dicendi cultu me minimè instructum reor, verùm etiam quia impensiùs ad investigandam veritatem, quàm ad seligenda verba incubui. *Bonorum ingeniorum*, ait August. *de Doctrinâ Christ. l.* 4. *c.* 11. *insignis est indoles in verbis verum amare, non verba*. Sphalmata typografica docta manu emenda. Si quid boni, totum Deo tribue, sine cujus lumine nihil est in homine: si quid minus aptè dictum offitioso munere, & lingua benevola admone: *homines sumus*; *moniti meliora sequemur*, ut ad Imperatorem Vespasianum

dixit

dixit Plinius Major. Me igitur comiter fave, & tu interim salubriter vive.

DE CABALA HEBRAICA.

CAPUT PRIMUM.

1 Sciendum est, Cabalam esse nomen derivatum à verbo Hebraico *Kabal*, vel potius à Chaldaico *Kibbel* ut notat Joan. Fungerus in *Etymolico Triling:* quod latinè importat *Recepit*, ita ut Cabala idem sit ac *Receptio*, cui ex opposito respondet Masora scilicet Traditio; sed tali modo considerata, ut continuà successione à prioribus ad sequentes deducatur. Fosterus verb. *Kabal*, mirabile de hoc nomine effingit systema: vult enim nomen Cabalæ idem esse ac Sibyllæ, & quoties aliquid de Sibyllis, aut earum vaticiniis auditur, nil aliud esse, quam Kabulæ, ut ejus verbis utar, sive libros, sive vaticinia, quæ ex Cabyllà, id est Patrum Doctrinà recepta sunt, & conservata. Confusionem verò horum nominum evenisse testatur ex errore Græcorum, qui, cùm Cabalæ vox illis peregrina esset, & ignota, Fœminam; fuisse Cabulam nomine Sibyllę nuncupatam commenti sunt, quæ per multa sæcula vixerit, & sicut Deorum vates sententias protulerit. Hoc

Cabalæ. Etymologia.

Commentum Fosteri de Cabalæ nomine.

tamen exoticum, & absurdum Fosteri inventum, ex Cabalæ originis ignorantià Sibyllas in Mundum invectas esse, ab omnibus meritò deridetur; cum ex Cicerone, Varrone, Augustino, Eusebio, Hieronymo, Lactantio, Justino, Bedà, Ammiano Marcellino, & aliis innumeris, habeatur & Patria, & Nomen, & numerus Sibyllarum, quæ nullo modo confundi possunt cum Cabalà.

Variæ ejus definitiones.

2 Hanc definit Alstedius *Encyclop. l. 35. Sect.4. §.1.* dicens, quod *sit Hebraici Textus arcana Consideratio oretenus tradita, & accepta*. Leusdenius in *Philolog. Hebraico p. 310. dissert. 26.* eam vocat Scientiam occultam pro indagandis altissimis Legis Scriptæ Mysteriis, quæ vocibus, literis, punctis, & accentibus hebraicis continentur. Reuchlinus *l. 1. de Arte Cabalisticà, Cabala est, inquit, divinæ revelationis ad salutiferam Dei, & formarum separatarum contemplationem traditæ symbolica Receptio, quam qui cœlesti sortiuntur afflatu rectò nomine Cabalici dicuntur, eorum discipulos autem Cabaleos appellabimus, & qui eos imitari conantur, Cabalistas.*

Origo Cabalæ sane ridicula conficta ab Auctore Jetsiræ.

3 De Cabalæ origine multa falsa, incerta, & vana apud hujus facultatis Patronos leguntur. Auctor Jetsiræ censet eam ministerio Angeli Razielis Adamo fuisse à Deo traditam

ditam in promissione illi factà de venturo Messià designato in quatuor illis literis יהוה Jod He Vau He, quam postea artem Abelem docuit, cum illam sprevisset Cainus, & post mortem Abelis Setho tradidit, Sethus Enoso, Enosus Enocho Enochus Patriarchis, illi filiis suis, & Nepotibus usque ad Noè, Noè ad Semum transmisit, cujus præceptor fuit Angelus Zadkiel: deinde Abrahamus Isaacum docuit, cujus præceptor Raphael, Isaacus Jacobum, cujus præceptorem facit Angelum Pelielem, & à Jacobo ad Moysem pervenit, cujus præceptor Angelus Metatron. Hæc est Cabalæ successio ab Adamo usque ad Moysem, & sanè ridiculè ab auctore Jetsiræ deducta.

4 Alii multi Rabbini docent Cabalam non ab Angelo Metatrone, sed à Deo Moysi in Monte Sinaii fuisse infusam, & postea ab ipso aliis traditam: ita R. Eliazer, R. Simeon Bonlangis, R. Ismael, R. Jodan, R. Nachinam, R. Moyses Ægyptius, qui in sui Deuteronomii initio hoc ordine narrat fuisse ad posteros transmissam: nempe eam à Deo Moysem accepisse, quam Moyses Josuæ tradidit, Josuas Phineè, Phineè Heli Sacerdoti, Heli Samueli, Samuel Davidi, David Achiæ, Achias Eliæ, Elias Eliseo, Eliseus Jojadæ Pontifici, Jojadas Zachariæ, Zacharias

Successiva Cabalæ traditio secundum aliquos.

 Oseæ

Oseæ, Oseas Amoso, Amosus Esaiæ, Esaias Micheæ, Micheas Joeli, Joel Nahum, Nahum Habacuc, Habacuc Sophoniæ, Sophonias Jeremiæ, Jeremias Baruch, Baruch Esdræ, Esdras Simeoni Pontifici, qui dictus est Jaddus, Jaddus Antigono patrià Sichæo, iste Josepho Joannis filio, & Josepho Johezeris filio. Hi autem Nitæo Arbolensi, & Josuæ filio Perahiæ, cujus auditorem Jesum nostrum Redemptorem fuisse Judæi juniores falso affirmant, isti Judæ filio Tibæi, & Simeoni Satæ filio tradiderunt: hi vero Semajæ, & Abtalioni, & isti Hilleli, & Samæo, Hillel autem & Samæus legis expositionem Joanni Zachæi filio, & Simeoni Justo ipsius Hillelis filio, qui Christum suscepit in suis ulnis. Simeon auditorem Gamalielem D. Pauli præceptorem habuit, & filium suum Rabam Simeonem docuit, iste verò Judam filium cognomine Hakkados idest Magistrum Sanctum propter Doctrinæ, & probitatis excellentiam. Hæc omnia desumpta à R. Moyse Ægyp. *loc. cit.* & à Galativo *l. 1. c. 1. & 2. de Arcanis Cathol. Verit.* delata exscribere non piguit, ut lectori innotescat, quomodo à Rabbinis, licet non ab omnibus, alii enim quosdam addunt Patres, alii detrahunt, ut advertit auctor Tsemac David ad annum 891. tertii millenarii, protrahatur

Caba-

Cabalæ ſucceſſiva tranſmiſſio. Circa quod ut noſtram aperiamus ſententiam dicimus.

5 Si per hoc Rabbini intelligunt Moyſem Myſteria, & ſenſus legis arcanos eſſe aſſecutum, & plura alia, tum ad nounullos Sacrificiorum ritus, tum ad politicum regimen pertinentia à Deo fuiſſe edoctum id inficias non imus, cœterum quod myſticos quoſdam ſenſus ſingulares, varias literarum combinationes, configurationes, vocum diſpoſitiones, & illam numerationem 50. Portarum Intelligentiæ, ut ſcribit Reuchlinus *l.* 3. Deus etiam Moyſi communicaverit, & ipſi aliis communicare mandaverit, hoc totum Rabbinorum commentum exiſtimamus cum Doctiſſimo Patre F. Cherubino à San Joſeph *tom.* 3. *Ap. Bibl. diſp.* 1. *art.* 1. *Sec.* 2. *n.* 32. Quia nec Joſephus, nec Philo de hàc antiquà Cabalà loquuntur. Origenes, qui tot Judæos de rebus judaicis conſuluit de Cabalæ Myſteriis aliquid ſe noviſſe nuſquam indicat. Epiphanius Judæis Parentibus natus de Cabalà ſive antiquà, ſive recenti ſe aliquid audiviſſe nunquam aſſerit. Præterea de hàc Cabalà nulla invenitur memoria in Talmude, in Medraſchim, in antiquis Judaicis libris, ut probat Morinus *Exercit.* 2. *Samarit.* ac proinde Natalis Alexand. in *Hiſt. Vet. Teſt. tom.* 2. *diſſert.* 4. *art.* 3. *propoſit.*

Verum judicium de traditione Cabalæ à Deo facta Moyſi

unicâ advertit Moysi, Esdræ, aliisque à Deo afflatis hominibus eos injurias facere, qui hujus Artis Inventores, & Doctores illos fuisse contendunt.

De Cabalæ antiquitate opiniones variæ.

6 Circa antiquitatem hujus Cabalæ Rabbinicæ non una omnium mens est. Sixtus Senensis, *l.* 2. *pag.* 85. *in V. manus* à Danielis tempore ducit Cabalæ initium, *sicut enim, ait, Danieli ut habetur c.* 5. *v.* 25. *licuit singulas Dictiones per singulas integras Orationes explicare, ita Sinagogæ Rabbinis licitum consimili exemplo Syllabas, & ipsas dictionum literas ab invicem divulsas interpretari per aliquas dictiones, quas literæ illæ significant, quod novum expositionis genus Cabalisticum ab eis est appellatum.* Hæc tamen malè consuta sunt, nec cum historiæ compage cohærent: si enim Historiam sacram consulimus, in eà antiquiora suppetunt Cabalistici artificii exempla, ut optimè notat Cherub. à S. Joseph *l. cit. pag.* 20. *n.* 3. Nam in *libro* 3. *Regum c.* 2. *n.* 8. ubi legitur, *qui maledixit mihi maledictione pessimâ*, in Hebræo legitur pro ly *pessimâ* Nimrezeth, quà voce Mysterium abscondi putabant Judæi, quod sic exponit Hieronymus, (*pessima inquit Hebraicè Nimrezeth dicitur, quod quinque literis enuntiatur, idest Nun, mem, resc, tsade, thau. In Nun*

Noeph,

Noeph, ideſt adulter, mem Moabita, reſc Raba, ideſt impius, tſade, Zara ideſt leproſus, thau Thoava, ideſt abominatus) Idem habetur in Jeremia *c.* 25. *u.* 26. Seſac pro Babel methodo Rabbinicà, ut infra dicemus. Omnia iſta Danielis tempore antiquiora nemo certè negabit. Simonius *t.* 1. *Crit. Vet. Teſt. p.* 93. tenet Antiquos Judæorum Doctores Cabalam hanc ex Chaldæa poſt reditum ex captivitate inter alias ſcientias à ſuperſtitione minimè alienas reportaſſe: methodum verò exponendi ſcripturas per numeros, literas, & vocum diſpoſitiones à ſcholis Platonicorum ad Judæos tranſiſſe pag. 374. Unde ſcitè ait Joh. Mich. Langius *Diſſert. de Genealogiis &c. ad* 1. *Timoth. quæ eſt in* 2. *Tomo Theſauri Theologico-Philolog. pag.* 638. §. 26. *ſine Platonis Theologià nemo poterit vel gnoſim hæreticorum, vel Cabalam Judęorum rectè capere &* §. 23. *Theologia Judaica, quæ hodie inter Judęos proſtat ſub titulo Cabalæ ad Platoniſmi indolem reficta eſt.* Genebrardus *l.* 2. *Chronol.* putat huic ſtultæ, & vanæ Arti poſuiſſe fundamenta R. Simeonem Benjohai auctorem libri Zoar circa annum Mundi 4011. qui erat 97. ante Chriſti nativitatem juxta ſuam Chronologiam. Cherubinus à S. Joſeph *loc. cit. pag.* 24. mordicus defen-

dit post Christum natam esse hanc Cabalam contra Reuchlinum, & Galatinum, qui sustinent ante Christi Nativitatem usum hujus Artis innotuisse. In hoc sententiarum divortio, quæ nulli innituntur solido fundamento, sed meris conjecturis, illa Simonii nobis magis arridet: cum Chaldæi artibus magicis, & ritibus superstitiosis quamplurimùm essent addicti, à quibus Persæ postquam illos subegerunt, Magiam didicere, ut ipsa ad victores à victis migraret, ut legitur apud M. Chr. Siberium *dissert. de Periergiâ Ephesorum ad Act.* 19. Plutarcus *etiam lib. de Iside, & Osiride* dicit Zoroastrem apud Chaldæos Magos instituisse, quorum imitatione Persæ suos habuerunt; & Am. Marcellinus *hist. l.* 23. *c.* 6. *p.* 253. *Scientiæ* (Magiæ) *priscis sæculis multa ex Chaldæorum arcanis Bactrianus addidit Zoroaster*. Hic obiter nota plures fuisse Zoroastres scilicet Chaldæum, Bactrianum, Pamphilium, Armenium Asthani filium, Persomedum, & Proconnesium omnes magos: Chaldæus nefariæ artis Magicæ fuit Inventor, Bactrianus autem eam plurimum adauxit, quem tamen Augustinus *l.* 21. *de Civit. Dei c.* 14. vocat primum Magiæ Auctorem. Nicolaus Damascenus auctor magnæ fidei apud Joseph *Antiq. l.* 1.

Hebræi in Chaldæa Cabalam didicerunt.

Eupo-

Eupolemus, & Artabanus apud Alexand. Polyftor. *in Eufebio Præparat. l. 9.* volunt Arithmeticam, & Aftrologiam à Chaldæis in Ægyptum primùm perveniffe: ficut etiam ab eifdem Chaldæis Baelomantiam, quæ erat divinatio per jactum fagittarum Arabes, & Sabæi, & Rabdomantiam, quæ erat per ejaculationem baculorum Scythæ, & Slavi didicere, ut fcribit M. Joh. Clod. *Differt. de Magià Sagit. Nabuchod.* Quare non eft difficile creditu, quod ficut Perfæ Magiam, Ægyptii Aftrologiam, Arabes Baelomantiam, Scythæ Rabdomantiam à Chaldæis funt mutuati, ita quod etiam Judæi per 70. annos in illà Provincià Superftitionum magiftrà, & quæ fummam literarum claritatem, & gloriam in his vanis, & diabolicis artibus reponebat degentes Cabalæ operam impendere cæperint, eamque ex Captivitate Babylonicà in Paleftinam reportaverint, ficut de ipfis Hebræis commorantibus in Ægypto ait Pfalmifta in *pfal.* 105. *commixti funt inter Gentes, & dedicerunt opera eorum* Nolumus autem hic diutius immorari, quare fit fatis fententias aliorum indicaffe, & noftram licet levi calamo etiam aperuiffe.

7 Quidam dividunt Cabalam in duas partes, unam vocant *Berefcit* à primà voce narra-

Cabalæ divisio in Berefcit, & Mercava. nàrrationis Moysis de rerum Creatione, quæ circa naturalia, & sensibilia, versatur, aliam *Mercava* à visione currus Ezechielis *c.* 1. *u.* 1. quæ intellectualia, & à materià abstracta considerat, quia Ezechieli tum Deum, tum Angelos in illo mystico innotuisse curru observant: illa auro bono par est, ista auro æquatur optimo, nam una est Sapientia Naturæ, altera est Sapientia Divinitatis: Ita Duretus *de Orig. linguarum pag.* 55. Carpzovius *in Theolog. Judaic. c.* 6. Reuchlinus *lib.* 1. *de Arte Cabalisticà fol.* 639. Picus autem Mirandulanus in 900. *conclusionibus* dividit Scientiam Cabalæ, in Scientiam *Sephiroth*, *&* *Semoth*, idest *Numerorum*, *&* *Nominum*: sed omissis his divisionibus, ut propiùs materiam attingamus.

8 Dicimus triplex Cabalæ genus à Galatino, Sixto Senensi, Bonfrerio, Serario & aliis communiter distingui. Primum est antiquorum Judæorum ante Christum, mysticam, & arcanam Scripturæ Sacræ expositionem continens non scriptam, sed ore traditam, non omnibus, sed senioribus, & sapientioribus; quam vult Joannes Picus Mirandulanus *in Proœm. Apolog.* cum usque ad tempus Babylonicæ Captivitatis nihil de eà scriptum esset, ab Esdrà post reditum in Palestinam, convocatis Sapientibus, qui tunc

Cabala sub triplici genere considerata.

Primum genus.

supere-

fupererant, ut unufquifque afferrent in emdium, quæ de myfteriis legis memoriter tenebat, & accitis fidiffimis Notariis in libros feptuaginta, juxta numerum feptuaginta Seniorum, folis Sapientibus in pofterum communicandos, fuiffe redactam: ne propter exilia, cædes, difperfiones Populi Judicia Cabalæ myfteria ullo poffent tempore perire. Dicti libri ab ipfo Pico non mediocri impenfà fibi comparati, aftruerunt deinde ipfum Cabalifticæ Artis primum inter Latinos Patronum; qui dum Romæ anno 1486. inter Conclufiones, quas propugnandas obtulerat, nonnullas ex Cabalà inferviffet, quafi hoc nomen Cabala, effet quoddam novum, & impium vocabulum à nefario homine dicto Cabal derivatum, cujus Sectatores inde dicerentur Cabaliftæ, ita malè à quibufdam fuit auditus, ut idcircò Apologiam, quam Laurentio Mediceo dicavit, pro fuarum affertionum firmitate poftea edere debuerit. Joannes Reuchlinus Capnio Phorcenfis etiam dictus quia apud Phorcen Marchionatus Badenfis oppidum natus, Mirandulanum imitatus multùm ftudii in exarandà Cabalæ Methodo impendit, ut videre eft in tribus illis libris de Arte Cabalifticà ad Leonem Decimum Summum Pontificem, qui primùm

Primi inter Latinos Cabalæ hebraicæ Patroni.

Joannes Picus Mirandulanus.

Joannes Reuchlinus.

Hage-

Hagenoæ apud Thomam Anſelmum anno 1517. prodierunt, ſed poſtea ab Eccleſià cenſurà condemnatorià fuere confixi. Paulus item Riccius Iſraelita ex Judæo Chriſtianus hanc Artem admodùm proſecutus eſt: Scripſit enim Iſagogen in Cabaliſtarum, ſeù allegoriſantium eruditionem cum Epiſtolà contra Stephani Presbyteri Cabalæ obtrectatoris Epiſtolam, & ſuum Tractatum de Cabalà ad Eraſmum Roterodamum tranſmiſit. Fuit Medicus Imperatoris Maximiliani, & floruit circa annum Chriſti 1500. cujus opera ſunt 1. claſ. damnata. Petrus item Galatinus Ordinis Minorum huic Arti non immodicam operam dedit quippe qui ad tuendam famam Joannis Reuchlini ab aliquibus vellicatam compoſuit Opus de Arcanis Catholicæ Veritatis in duodecim libros digeſtum; ſi tamen illi eſt adjudicandum: arguit enim eum Morinus *Exercit. Bibl.* 1. *c.* 2. *p.* 16. plagii palliati, tamquam opus alienum ſibi inverecundè ſupponentem: cum illud ex Raymundi Martini *Pugione* vel ſaltem ex Porchetti *de Judęis Victorià*, pauculis de ſuo additis compilaverit. Prodiit hoc Galatini Opus primùm Ortonæ-Maris anno 1518. licet antehàc fuerit ab Auctore peractum Barii ſcilicet anno 1516. favente Iſabellà de Aragonià

Paulus Riccius

Petrus Galatinus

gonià Mediolani, & Barii Ducissà, ut scribit Gesnerus in suà Bibliothecà pag. 549. Hi omnes primi Christianorum extitere, qui Judæis, quos Magistros habebant, & eorum libris, atque traditionibus nimium creduli eandem Cabalæ cramben recoctam denuò produxerunt, à quibus deinde posteriores Cabalistæ eam sunt mutuati, quæ usque in hodiernum diem viget, & ad praxim deducitur. De his Cabalæ initiis, deque ejus Primis Patronis aliquam mentionem hic in transitu facere, opportunum duximus, ut Lectoribus innotescat, à quibus, & quo tempore hæc Ars ad Latinos dimanaverit: His ergo expeditis ad alia Cabalæ genera explicanda procedimus.

9 Secundum Cabalæ genus vocatur Practicum, per quod ex literis, & verbis Sacræ Scripturæ detortis, & arcanis quibusdam inde elicitis, morborum curationem, expulsionem Dæmonum, aliorumque miraculorum patrationem tentant, & efficere se jactant, quæ Maga illa apud Virgilium *l. 4. Ænead.* promisisse dicitur Secūdum genus.

Hæc se carminibus promisit solvere mentes
Quas velit; ast aliis duras immittere curas.
Sistere aquam fluviis, & vertere sidera retro,
Nocturnosque ciet manes, mugire videbis
Sub pedibus terrā, & descendere mōtibus ornos.

Hac

Hàc Cabalà dicunt Rabbini Moysem prodigia illa fecisse in Ægypto, & in Deserto, hàc Iosuè, Eliam, Elisæum, & Isaiam, Danielem, & Samuelem tot tantaque patrasse, miracula, ut notat Pererius *Adversus fallaces, & superstitiosas artes l. 1. c. 10.* imò asserunt hàc Arte Jesum Christum Dominum Nostrum miracula, cum illa negare non possint, fecisse mediante nomine Tetragrammaton in templo Hierosolymitano invento, quod postea in membranà scriptum in vulnere cruri aut pedi facto occultabat, Gerardus *in Exegesi p. 620.*

10 Tertium Cabalæ genus, cui recentiores Hebræi magno conatu magnas cæteroquin agentes nugas se totos addixerunt, ludit in literis, punctis, accentibus, ac verbis Sacræ Scripturæ; & ex variis permutationibus, combinationibus, abbreviaturis, vel ex literarum figurà, aut vi arithmeticà, arcanos sensus, & intelligentias conantur extrahere. Hanc Elias Levita *in Tesbite lit. coph* vocat scientiam Sanctorum: & R.Bechai Bar Ascher, qui multum in hoc studio profecit, & quædam de eà obscurè scripta reliquit, lectoribus suis seriò injungit: si aliqua istorum mysteriorum didicerint, ne temerè aliis communicent. Ita Walton *in Bibl. Polyglottà Prolegomenon* 8. *n.* 34.

tertium genus.

11 Hujus generis Cabalæ tres sunt species nempe Gematria quæ ethymon accepisse videtur à græca voce Geometria, ut Elias in *Tesb.* confirmat; Notaricon, vel ut alii vocant Notariacon vox latina à notando desumpta, & Temurah vox planè Hebræa. Tertii generis triplex species.

12 Gematria significat arithmeticam literarum supputationem, per quam unum verbum sumitur pro alio, quando ei consonat idem numerus. Nam omnes literæ alphabeti juxta Hebræorum computandi ritum aliquo numero sunt signatæ, ut sequenti indiculo tradimus. Gematria.

Alphabetum Hebraicum Cabalisticum.

א aleph	ב beth	ג gimel	ד daleth	ה he	ו vau
1	2	3	4	5	6
ז zain	ח heth	ט teth	י jod	כ caph	ל lamed
7	8	9	10	20	30
מ mem	נ nun	ס samech	ע ain	פ pe	צ zade
40	50	60	70	80	90
ק Kuph	ר resc	ש sin	ת thau	ך caph	ם mem
100	200	300	400	500	600
clausa ן nun	ף ph	ץ zadi,			
700	800	900			

quibus quinque ultimis Judæi utuntur in fine dumtaxat dictionum; Exemplum sit illud Zachariæ *c.* 3. *v.* 8. *Adducam servum meum Tsemach* (Orientem) ubi Kimchi notat quosdam per Tsemach intelligere Messiam Hoc Cabalistæ probant, quia inter Messiæ nomina, quæ à Talmu-

dicis ei tribuuntur, unum est Menachem, idest Consolator: literæ autem utriusque vocis, & Tsemach, & Manachem efficiunt numerum 138, unde inferunt per Tsemach intelligi Messiam. Sic ex primâ voce Genesis Judæi probant Deum creasse Mundum in Lege, quia literis hebraicarum dictionum, quæ significant in principio creavit, & in Lege formavit, idem numerus extrahitur. Ad eumdem modum gematricum reducitur, quando interdùm, aut literas multiplicando aut invicem addendo ex summâ in numeris productâ aliquis sensus colligitur V. G. Templum Salamonis 60. cubitos longum, 20 latum, 30 altum fuisse traditur. Primo subtrahitur latitudo ab altitudine, & residuum est 10 י Jod, hoc residuum cum altitudine multiplicatur, & fiunt 300. hoc est ש scin, denique per idem residuum longitudo dividitur, & exeunt 6. ו Vau, & ita fit nomen ישו IESU Alia exempla refert Leusdenius *dissert.* 26. *Philolog. Heb. p.* 316. Beurrier *in Speculo Christ. Relig. p.* 204. Walther *p.* 525. Eodem principio gematrico operatur, cum totum mysterium ad nihil præcedentium refertur, sed tantum ad vim arithmeticam in literis contentam, quæ res non planè dissimilis est iis, quæ apud nos Chronografica sunt, annumque rei alicujus gestæ indicant,

ejus operatio exemplis demonstratur.

cant, ut ex literà מ mem clausà annus nativitatis Messiæ colligitur, ut videbimus capite sequenti.

13 Notaricon est, quo Cabalistæ per compendium literarum singulæ dictionis alicujus literæ, totidem verba significant, quæ easdem literas initiales, vel finales habent. Dum literarum initialium ratio habetur vocatur species *Rosce Theboth.* ideſt capita dictionum; Dum verò finalium dicitur *Theboth Sophe* scilicet finis dictionum. Vocaverunt Notaricon, quasi scriptores sacri sensum, quem educunt, per abbreviationem Notariorum modo conceperint, sed abscondere voluerint, & scripserint tantùm unam literam, aut syllabam, ut integram vocem designarent. Eà de causà Machabæos dictos volunt ab initialibus literis illius sententiæ, quæ legitur *Exod. c. 15. v. 11. Mi Camoca Baelim Jehova* ideſt *Quis ſicut Tu in Fortibus Domine?* Quidam dicunt Judam, cum contra Antiochum præliaturus erat, hoc signum in vexillis habuisse, nempè literas initiales M. C. B. I. ut partà victorià posteà dictus sit Machabæus. Aliud exemplum habetur in illis literis S. P. Q. R. per hoc Notaricon in Æreà laminà inscriptis à Sibyllà, ut significaret *Salva Populum Quem Redemisti*, quas ad

Notaricon

exemplis illustratur

ſe Senatus Populuſque Romanus poſteà malè detorſit, ut refert Corraſius 5. *Miſcell.* *c.* 15. *n.* 5. Exemplum ſecundi modi ſeu finalium dictionum habetur in illis verbis *Exodi c. 3. v. 13. ſi dixerint mihi* מה אמר מה שמו *mah ſcemò* אלהם , *quod eſt nomen ejus quid dicam eis ?* In his quatuor vocibus literæ ultimæ ſunt יהוה, ex quibus fit Dei Nomen יהוה *Jehova*.

Temurah

14 Temurah idem eſt ac permutatio, quam Cabaliſtæ efformant, quando eodem literarum numero retento, eas eodem numero manente, ut explicat Schickardus, aliter componunt; vel mutato ordine tranſponunt vel per quandam alphabeti combinationem cum aliis permutant. Primo modo hoc efficiunt ut in verbo Bereſcit, quando illud dividunt in duas voces ſignificativas ber eſcit, ſicut dum nos vocem Tertulianus in tres dividimus *Ter tuli anus*, quæ ſunt omnes ſignificativæ. Secundi modi habetur exemplum in *Exodo c. 23. v. 23.* ubi dicitur Iſraelitico Populo *Præcedet, te Angelus meus*: ex hebraico vocabulo Malachi, per literarum permutationem colligunt Archangelum Michaelem fuiſſe Populi Iſraelitici Cuſtodem; quia ex iſtius dictionis Malachi, literis alio modo combinatis fit Michael, quæ operatio eſt ſimilis

exemplis illuſtratur.

noſtro

noſtro Anagrammatiſmo. Tertio modo volunt hanc Cabalam Jeremiam uſurpaſſe, cum *c.* 25. *v.* 26. infauſta Regi Babylonis prænunciat; quia cum tutum non eſſet Babylonem nominare, pro Babel Seſach ponit, ſubſtituendo literas ש ſcin pro ב beth, & pro ל lamed כ caph ſecundum ordinem alphabeti Athbaſtici, cujus initium, ut legitur apud Cabaliſtas ſumitur à literà ת thau aſcendendo uſque ad א aleph, & deſcendendo ab א aleph uſque ad ת thau, uſurpando unam literam pro alià, pro א aleph ת thau pro ב beth ש ſcin vel vicè verſà, ut in ſequenti alphabetò pro lectoris commoditate tradimus.

ALPHABETUM ATHBASTICUM

א	aleph	ב	beth	ג	Gimel	ד	dalet
ת	thau	ש	ſcin	ר	reſe	ק	coph
ה	he	ו	vau	ז	zain	ח	heth
צ	zade	פ	pe	ע	ain	ס	ſamech
ט	teth	י	iod	כ	caph	ל	lamed
נ	nun	מ	mem	ל	lamed	כ	caph
מ	mem	נ	nun	ס	ſamech	ע	ain
י	iod	ט	teth	ח	heth	ז	zain
פ	pe	צ	zade	ק	coph	ר	reſe
ו	vau	ה	he	ד	daleth	ג	Gimel
ש	ſcin	ת	thau.				
ב	beth	א	aleph.				

ex hoc ordine literarum ſumit nomen alpha-

betum, nam aleph respondet thau hoc modo את ath; & beth cum scin commutatur hoc modo בש basc, inde vocatur Athbasticum à duabus syllabis A. th. B. asc. Undecim alia alphabeta juxtà similes combinationes referuntur à Thoma Dufour Monaco S. Benedicti in suà grammaticà *pag. ultimà*; & à R. Abraham 22 quia juxtà numerum literarum bis & vigesies permutantur; hæc autem alphabeta in medium non producimus, quia essent multi laboris, & tædii, & nullius utilitatis: illa undecim possunt videri apud cit. Dufour, & ista 22. apud Paulum Scaligerum *Miscellan. tom.* 2. *l.* 12. His igitur prænotatis.

15 Dico primò Cabalam prout importat mysticam Legis expositionem, & manifestationem secretorum, & mysteriorum sub cortice Legis latescentium factam à Deo Moysi, & à Moyse aliis communicatam esse probam nec ullam involvere falsitatem.

In quo sensu Cabala sit proba.

16 Probatur *ex libro* 4. *c.* 14. *v.* 3. &c. *Esdræ*, qui licet sit extra seriem Librorum Canonicorum, quos Sancta Tridentina Sinodus suscepit, est tamen alicujus auctoritatis, quippe qui à nonnullis Sanctis Patribus interdum citatur, in eo igitur sic habe-

habetur *Revelans revelatus sum, & locutus sum Moysi: & enarravi ei mirabilia multa, & ostendi ei temporum secreta, & finem, & præcipi ei dicens; hæc in palàm facies verba, & hæc abscondes.* Hoc etiam evincitur ex Origene citato à Cælio Rhodigino *l.* 10. *c.* 1. qui explicans illud Apostoli Pauli *ad Rom.* 11. *Credita sunt eis eloquia Dei considerandum*, inquit, *quia non dixerit literas esse traditas, sed eloquia* Dei. *Unde percipi licet, aliud esse præter literis comprehensam legem, Judæis contributam, quæ Dei eloquia nuncupet Paulus, quæ prorsus non aliud dixeris, quam Cabalam ipsam, idest verissima Legis interpretamenta de ore divino emanantia.* Unde hæc Gabala vocatur à Sixto Senensi *lib.* 2. *Bibliot. Vera, & pia; à* Serario *in Josue c.* 10. *Optima, & laudatissima,* à Bonfrerio *in Pentat.c.*21.*Vera,& probata,* à Cælio Rhodigino *loc. cit. Vetustissima, & verax* in hoc conveniunt Natalis Alexand. *loc. cit.* & multi alii.

17 Dico secundò Cabalam, quæ consistit in dictionibus, & literis Sacræ Scripturæ; & vel resolvendo literas, vel transponendo, vel unam cum aliâ commutando, vel figuram, vel vim arithmeticam attendendo, diversos sensus, & arca-

na extundit, prout explicavimus in Gematrià, Notaricon, & Temurah, licet in eà nihil sit solidum, & opera sit non tantùm vana, infructuosa, & inutilis, sed ut plurimum etiam habeat falsitatis, universim tamen non esse rejiciendam.

Cabala prout explicatum est in Gematria, Notaricon, & Temurah universim non est rejicienda.

18 Hoc facilè demonstrare licet; nam ipsa Scriptura, & Sancti Patres eà quandoque usi sunt. Sic in literà ת thau apud *Ezechielem c. 9. v. 4.* explicatur signum Dominicæ passionis, & nota salvandorum. Item Alpha, & Omega *Apocalyp. c. ult. v. 13.* designatur, Christum sive quà Deum esse Principium, & Finem rerum omnium, sive quà Hominem esse Principium totius Sanctitatis, & esse Finem, ad cujus illustrandam gloriam cæterorum Sanctorum Sanctitas refertur. Pariter in illis dictionibus *Danielis c. 5. v. 25. Mane Techel Phares* intellexit ipse Daniel Divinam sententiam contra Regem Babyloniorum Baltassarem; & in numero 666. Joannes *in Apoc. c. 13. v. 18.* designavit characterem Antichristi. Quapropter D. Augustinus *de Civ. Dei lib. 11. c. 30.* scribit. *Numeri ratio contemnenda nequaquam est, quæ in multis Sacrarum Scripturarum locis quam magni sit æstimanda, elucet.*

assertio evincitur

19 Dico

19 Dico 3.° dictam Cabalam esse secundùm se indifferentem, ita quod interdum possit esse bona, interdum mala.

dicta Cabala potest esse bona, & mala.

20 Probatur, materia, & objectum hujus Cabalæ potest quandoque benè, & quandoque malè usurpari. Usurpatur benè, quando hoc artificio eliciuntur ex Scripturà sententiæ piæ, & religioni consentaneæ sicut illa quæ eruitur ex *Jeremiæ c.* 33. *à* R. Jùda Hakkados in libro, qui inscribitur *Gale Razàja* sive *Revelator arcanorum*: observat enim, ut notat Cherubin. à San Joseph *loc. cit. pag.* 53. *n.* 10. Deum statuisse legem condendi, & gubernandi Mundum in perpetuum ob pactum sive fœdus; hebraicè legitur ברית berith, quæ vox in numeris complere reperitur 612. at voces ישו ומרים *Jesu Umiriam* eumdem numerum reddunt; ex quo denotari, ait, propter Jesum, & Mariam conditum à Deo mundum. Sic ex *Genes. c.* 49. *v.* 10. ubi dicitur *Veniat qui mittendus est*, hebræum habet יבא שילה *Jabo Scilo* quæ voces faciunt numericè משיח *Massiac Messiam*, & per literam ם mem clausam positam in Isaiæ Prophetià *c.* 9. *v.*7. prisci Judæorum, ut narrat Galatinus *l.*4. *c.* 19. dixerunt denotari modum nascendi Messiæ

secundum primam partem conclusio nis exemplis ostenditur.

ex Virgine clausà, quæ Maria vocanda erat.

Quo ad ſecundam partem etiā exemplis illuſtratur.

21 Poſſunt etiam hoc artificio impiæ, blaſphemæ, & hæreticæ elici ſententiæ, ut egerunt vaferrimi illi Judæi relati à Morino *Exercit.* 2. *Samarit.* qui à Nomine ישוע Jeſua ultimam reſecarunt literam, ut legerent ſic ישו Jeſu, & per impiam gematriam compoſuerunt אלהי נכר *elohe necer Deus alienus*. Similiter ex Nomine Dei tremendo שדי Sadai, literarum permutatione fit Said, Dæmon. Sic עגל מסכה *egel Maſecah vitulus fuſilis* eundem reddit numerum ac ברוך *baruc, benedictus*. Multæ ejuſmodi operationes ex pravo Cabalæ uſu elicitæ poſſunt videri apud *auctores*. Hinc Sixtus Senenſis *lib.* 2. *Bibliot.* attendens ad hujus Artis tam ad bonum quam ad malum indifferentiam, dicit; *ut eos non damno, qui moderatè, & apta ea ſuis locis interdùm accomodant: ita eos non laudo, qui eadem nimis anxiè, & inutili, ac prorſus inani labore perſequuntur: cum me non præteréat ex hoc fonte emanaſſe prodigioſam Valentinianorum, & Gnoſticorum inſaniam, qui ut Irenæus, & Epiphanius oſtendunt, omnem Divinam Scripturam juxtà hanc elementorum diſcuſſionem examinantes, inaudita novarum Hęreſum portenta invulgarunt.*

22 Dico

22 Dico 4.° Tertium genus Cabalæ, quod vocatur Practicum, licet præcedentium Cabalarum secretis, & arcanis utatur, cum tamen ad Divinationem & Magiam illa accomodet, & aliis variis modis, superstitiosis utatur, est omnino illicitum, & reprobandum.

Cabala Practica est omnino superstitiosa & illicita.

Hoc evincitur ex pluribus principiis à Cabalistis in subsidium talis Artis non minus ridiculè quam superstitiosè assumptis, quæ possunt, appellari phantasmata cerebri à Dæmone dementati.

23 Primò Ex septuaginta duobus illis Angelis à Rabbinis ideò effictis, quia 50. sunt portæ Intelligentiæ ut ajunt, & 22. Hebraici Alphabeti elementa, ex quarum conjunctione nascuntur 72. Secundò item ex Angelis, quos Adami, & aliorum Præceptores fuisse fabulantur, & etiam ex aliis, quorum nomina, quæ ex additione modò JAH, modò EL exurgunt, videri possunt apud Reuchlinum *l. 3. de Cab.* & apud Marium *in Digress. de Nominibus Divinis in Exod.* Istorum autem nominum auctores esse Cabalistas, & Magos dubitare non possumus. Tertiò, de Deo legem scribente in globum igneum per ignem fuscum super ignem candidum, de literis tunc confusis, ac inglomeratis, & de arte illas ordinandi,

clarè probatur ex ipsis adversariorum principiis.

& variandi à Deo Moysi traditâ. Nunquid enim à facris Scriptoribus similia præsumpta legimus? An Patres Ecclesię, & Viri Sancti de hujusmodi ineptiis gerris germanis, & Siculis vanioribus aliquid uspiam effati sunt? Quare Dæmonum ea inventa esse non immeritò censemus, quæ proinde superstitionis reos Cabalistas planissimè peragunt.

24 Quartò ex decem Nominibus Dei correspondentibus decem Sephiroth ab ipsis Rabbinis adjunctis, & de eorum per diversos Angelos in Cœlos, & in animas influxus: utuntur hoc nomine *Sephiroth* à verbo *Saphar numeravit*, quia per numeros Cabalistæ sua depromunt arcana. Exempli gratià Primum Sephiroth est Cether-Corona per literam ש scin, quæ coronæ formam refert, & Trinitatis symbolum dicitur, quod docent influere in primum Mobile, & in Cœlos inferiores per Seraphim. Secundum Chocma-Sapientia, represents Dei filium, & in Firmamentum influit per Cherubinos. Tertium Bina-Intelligentia denotat Spiritum Sanctum, & per Thronos influit in Cœlum Saturni. Tria autem ejusmodi *Sephiroth* tribus significari afferunt literis אמש aleph, mem, scin, in quibus magna affirmant latere mysteria.

De

De aliis *Sephiroth* eſt videndum apud harum nugarum architectos. Circa hos Sephiroth inquit Genebrardus *l.* 2. *Cronolog. Cabala conſtituit Decem Sephiroth ſive numerationes pro ſuo fundamento, quas ſive ſtatuant eſſe* Eſſentiam *Dei, ſivè aliquid aliud extra Dei eſſentiam impiè introductas ex eo apparet, quod in Deo numerum & multitudinem realem ponant*. Nos tamen ex hoc non poſſumus illos impietatis arguere, facilè quippe poſſent reſpondere, ſe non magis in Deo compoſitionem, numerum realem, ac multitudinem ponere, ac Theologos, qui attributa in Deo conſtituunt, ac veluti diverſa exponunt; poſſumus autem eos arguere ſummæ inſcitiæ, & ſtultæ vanitatis, ut clarè probat Cherub. à S. Joſeph *tom.* 1. *Bibliot. Crit. Sacr. pag.*466.*n.*23.24.cum nec in Scripturà, neque in veteribus Hebræis Sephiroth partiendi influxus in ipſos Cœlos ſecundùm Cœleſtium Spirituum Ordinem fundamentum ullum habeatur.

25 Quintò ex iis, quæ de miraculis per certos Characteres, Nomina, ac Literas faciendis hi tenebriones docent apud Capnionem Phorcenſem *lib.* 3. *Cabal. fol.* 546. quod certè ſine malorum Angelorum miniſterio nunquam poſſet evenire, ut evidenter demonſtrat Del Rio *Diſq. Mag. l.* 1. *c.* 4.

q. 3.

¶. 3. Hic adverte cum Joan. de la Haye *t. 1. Biblię Maximę sect.* 28. *c.* 2. hunc Capnionem meritò reprehendi, qui istiusmodi nugas, & Characterum virtutes aliaque non pauca ad hanc vanitatem spectantia, Magiamque olentia 3° illo Cabalæ *libro* prodiderit, nec ea refutarit, ut proinde apud Rom. meritam censuram invenerit.

26 Dices ipsa Nomina non esse fortuita, sed Divinæ Voluntatis Providentiæ instrumenta, aut saltem signa; quare cum Deus ipsa Nomina rebus imposuerit, ut habetur in *Psalmo* 146. *v.* 4. *Omnibus iis nomina vocat*, mirum non est, si illi, qui eorum notitiam plenè sunt assecuti, tot operentur mirabilia, & ideò R. Moyses Narbonensis ajebat: *Quę Philosophi cum labore addiscere coguntur, Kabalistæ brevi tempore, & sine labore assequuntur.*

Proponuntur, & enodantur validiores adversariorum objectiones.

27 Contra primò; hoc falsum etiam videtur R. Maimonidi, qui in *More Nevochim p.* 108. sic scribit. *Nomina quæ effingunt de nullà planè re docent, & tamen ea vocant Nomina Divina, existimantque illam virtutem habere miracula edendi. Verùm ista omnia ab homine probo non solùm non credenda, sed ne audienda quidem sunt.*

28 Contra 2.° Negamus absolutè assumptum; nam nunquam probabunt talem connexio-

nexionem Nominum cum Cœleſtibus, aut Deum ejuſmodi ſympatiam conſtituere voluiſſe: ſi enim, ut optimè ratiocinatur Cherub. à S. Joſeph *tom. 3. diſp. ult. ſec. 3. §. 2. n. 60.* ſi enim eam ab effectibus probant, nugari convincuntur, quia dum cauſam iſtorum quærunt, quos ipſis Nominibus tribuunt, ad ejuſmodi confugiunt ſympatiam; at verò ſi unde iſta noverint inquiramus, dicunt eam ex ipſis effectibus agnoſci, de quo eſt quæſtio, & falſum eſſe contendimus.

29 Ad auctoritatem Pſalmi dicimus cum Martino Del Rio *loc. cit.* Deum quidem noſſe cunctarum rerum naturas proprias, idcircò eas cum ſibi lubet, propriis nominibus], hoc eſt convenientibus earum naturę vocare poſſe, ſed ea nomina mortalibus incognita ſunt, nec revelata.

30 Dices 2° hæc mirabilia à Nominibus provenire, quia Adamus cunctis rebus nomina impoſuit ſecundùm cujuſcumque rei proprietates, & ideò his nominibus naturales res appellanti, confeſtim ſe illi ſubjiciunt.

31 Contra, hic etiam fuit unus ex erroribus Joannis Wicleffi; ut notat Thomas Waldenſis *in Opere de Sacramentalibus*, contra quem ſcripſit doctam refutatio-

tionem: sed nos dicimus, esto hoc esset verum, nempe Adamum creaturis imposuisse Nomina significantia eorum naturam, & proprietates, hæc tamen Nomina nullum potuere à naturis rerum influxum recipere, quia res corporeæ naturaliter nihil efficere possunt in id, quod corporis expers est; ut sunt nomina; Tum quia cum illa sint rebus planè extrinseca per ipsa non potest quis in creaturas operari, nec eas sic afficere, & permovere, ut pro suo arbitrio ipsi pareant.

32 Dices 3.° Nomina illa ac Voces ex Linguæ Hebraicæ Sanctitate, & perfectione suam mutuari efficaciam, quam paucissimi hominum intelligunt, & nisi qui hàc Arte Cabalisticà sunt initiati. Unde ad earum valorem attendentes & Propheta Regius in aliquibus Psalmis videlicet 24. 33. 35. 110. 111. 118. 144. & Jeremias *in Threnis* interdùm literarum hebraicàrum ordinem præter morem retinent, ac singulas singularum versuum initiis apposite affigunt.

33. Contra primò. Si ita abditissima est vis Vocum Hebraicarum, quomodo eam agnoscent, & sentient bruta, cæteraque non modo ratione, sed etiam sensu carentia, quod ipsi tamen asserunt, & quædam mira

facta

facta jactitant? De seipso refert Ramban sive Mos. Ben Nachman, se virtute Nominis Tetragrammati sic à Græcis appellati, quia quatuor literis hebraicis constat idest יהוה Jehova, Navem à terrà in Mare deduxisse, quod à se factum narrat Barcinonę in conspectu Regis. Pariter in *Cod. Tanith cit.* 3. legitur *Bar Katina habebat Hortum, eumque quotidie perlustrabat dicens hæc porca indiget aquà, hæc autem non indiget, & veniebat pluvia eamque, quæ aquam postulabat, irrigabat*. Multa alia exempla possunt legi in *Cod. Jomæ c. 6. p.* 84. & apud Hottingerum *in Thes. Philolog. p.* 444. quomodo autem res inanimatæ possent sentire efficaciam vocum hebraicarum, nisi hoc Dæmonis ope obtineretur?

34 Contra 2.° Ex linguę Sanctitate, aut conditione nulla vocibus efficacia, aut ad ejusmodi effectus virtus communicatur, cum non sint nisi mera internæ cogitationis exteriora signa: unde sive Græcè, sive Hebraicè, sive quocumque alio idiomate, quis utatur, perinde est, idque tantùm intendit, ut quid cogitet, aliis manifestet.

35 Contra 3.° Cur tribuunt Cabalistæ tantam vim Vocibus, & Characteribus Hebraicę linguæ, quam etiam nos cum

Hiero-

Hieronymo *Epist.* 142. *ad Damas*, Ambrosio super *c.* 3. *ad Philip.* Augustino *de Civit. Dei l.* 16. *c.* 11. *& l.* 18. *c.* 39. Thomà Aquinate ad *c.* 11. *Genes*, Isidoro, Cajetano, & aliis multis, fatemur fuisse primam à Deo Adamo inditam, cum certè constet talem linguam, non dicam ut sustinet Grotius in *c.* 11. *Genesis* in Confusione Babel penitus interiisse, sed saltem post captivitatem Babylonicam à pristino nitore, & perfectione multùm decidisse: quod de Romanà linguà Lipsius *lib. de Pronunc. lat. c.* 3. scripsit, subiisse post Barbararum Gentium incursiones, mutationem, & statim novas quasdam atque corruptas ejusdem filias, puta Gallicam, Italicam, Hispanicam successisse, id de Hebraicà Judæis olim vernaculà post Captivitatem Babylonicam dicendum est. Nam per illorum 70 annorum captivitatem, ut ait Waltonus *in Bibl. Palyglot. Prolegom.* 1. *de Linguarum natura n.* 15. ita cum Chaldaicà commixta est, ut vernacula post reditum non fuerit, sed per vocabulorum Chaldaicorum mixturam, & eorum ad Chaldaismum inflexionem in Aramæam degeneraverit : sic dictam ab Aram filio Sem. *Gen.* 10. 22. quam Alstedius *tom.* 1. *Encycl. l.* 6. *sect.* 3. *c.* 12. vult esse Chaldæam, & Siram, quæ sunt dialecti linguæ Hebraicę; huic

huic ſententię adſtipulantur David Wendeleri *diſſert. de Piſcinâ Bethesdâ*, & Carpzovius *Iſag. ad Phil. Sacr. P.1. c. 2. Aph.4.*

§. 3. Hanc mutationem etiam in Characteribus Hebraicis tunc temporis factam advertit Hieronymus in *Prologo Galeato: certum eſt*, inquit, *Eſdram poſt captam Jeroſolymam, & reſtaurationem Templi ſub Zorobabele, alias literas reperiſſe, quibus nunc utimur, cum ad illud uſque tempus, iidem Samaritanorum, & Hebræorum characteres fuerint.* Si ergo Characteres ſunt deperditi, & Lingua à ſuà perfectione deflexa, atque vocabulis exoticis corrupta, ut horridus, & ex omnium ferè linguarum, prout notant Eruditi, ſtylus Operis Talmudici demonſtrat, quis amens, dicet, nomina, & voces ſuam mutuari efficaciam à linguæ perfectione, quæ non extat, à puritate quæ non habetur, à nitore à quo jam decidit?

36 Ad Difficultatem literarum appoſitarum in Pſalmis, & in Threnis dicimus cum Lirano, Vatablo, & Iſidoro nullum in illis latere myſterium: ſed tantùm ad demonſtrandum Ordinem Alphabetarium ſingulis verſibus præfiguntur, ut fit in verſibus Acroſtichis, quorum omnes literæ initiales ſunt juxta Ordinem Alphabeti. Ita Ennius, Sibyllæ, & Gregorius Nazianzenus habent

aliquot carmina. Ad hanc normam eſt etiam hymnus Sedulii, qui canitur ab Eccleſiâ ad Laudes Officii Nativitatis Domini.

A Solis Ortus Cardine &c.
Beatus Auctor Sæculi &c.
Caſtę Parentis viſcera &c.
Domus pudici Pectoris &c.

Tali pacto etiam Threni habent literas initiales, nam cum verbum *Quomodo* dicatur in Hebræo Acha, licet proferatur Echa ponitur ſua initialis aleph, ita de Beth & aliis. Licet autem adhuc diceremus cum Ruperto, Hugone, & D. Thomà myſterium aliquod in illis latère, vel cum Hieronymo *epiſt.* 155. *ad Paulam Urbicam* illarum literarum etyma vellemus interpretari; hoc nihil juvat Cabaliſtas, nam aliud eſt in illis myſteria dignoſcere, vel ab illis denotare, & aliud, efficaciam illis tribuere ad aliquid ſupra eorum naturam efficiendum, ut illi præfractè contendunt.

Cabalæ Practicæ plurimorum Scriptorum digna cenſura.

37 De hàc igitur Cabalà Practicà jure & merito inquit Sixtus Senenſis *Bibliot. l.* 2. *Falſa, atque impia Cabala eſt, ementitum quoddam Judaicæ Traditionis genus, quod improbi quidem Judæi à Moyſe ex Patribus uſque ad ipſos emanaſſe dicunt, innumeris vanitatibus, & falſitatibus refertum,*

nibil

nihil aut parùm à Necromantià distans: & quibusdam interpositis pergit. *Hoc igitur superstitiosum genus Cabalæ Ecclesia proximis annis meritò damnavit.* Genebrardus *loc. cit.* scribit, illam præter ineptias continere multa impia, & ex omni hæresum furfure conflata. Natal. Alexand. *loc. cit. Cabala hæc*, ait, *ab arte magicà nihil differt, eoque nomine execranda est.* Waltonus *in Bibl. Poliglot. Prologom.* 8. *n.* 33. *Cabala*, inquit, *quæ Practica vocatur ab omnibus ut magica, & illicita damnatur.* Tali censurà inuritur à Pererio *adversus fal. & supect. Art. l.* 1. *c.* 10. *à* Bonfrerio *in Præloq. c.* 21. *Sect.* 4. *à* Serario in *Josue c.* 10. à Julio Scaligero *Exercit.* 355. *ad Cardanum*, à Michaele Neandro in *Erotematis Linguę Sanctæ*, à Cherub. à San Joseph *loc. cit. à* Martino Del Rio *tom.* 2. *Disq. Mag. l.* 4. *c.* 2. *q.* 7. *sect.* 3. à Tegnio *l. de vero studio Christiano*, & à Joh. Michaele Langio, qui putat, hanc Cabalam Paulum, in duabus ad Timotheum, & unà ad Titum contrà Genealogias, fabulas Judaicas, & quæstiones stultas insurgentem, ferire: ait enim in *suà Dissert.* quæ legitur *loco citato* §. 23. *infero Paulum in suis ad Timotheum, & ad Titum epistolis ex professo contra Cabalam Judaicam ex Platone,*

Pythagorà olim refictam verè disputare. Quapropter Clemens Octavus suà Bullà editâ pridie Calend. Martii anno 1593. quæ incipit *Cum Hebræorum malitia &c.* §. 2. summà verborum vi, & efficacià, censurarumque Ecclesiasticarum minis hanc Cabalam, librosque de eà tractantes prohibet, & damnat, atque Sacræ Inquisitionis Tribunali subjicit. Sed hæc de Cabalà Hebraicà, ejusque usu dicta sufficiant. Qui plura desiderat, legat præter citatos auctores. Athanasium Kircherium, qui de Cabalà Hebræorum agit *Oedip. Ægypt. tom. 2. par. 1. clas. 4. pag. 209.*

DE CABALA PYTHAGORICA.

CAPUT ALTERUM.

38 EXaminatâ jam Cabalâ Hebraicâ, & reprobato in circumſtantiis explicatis tanquam illicito, impio, & ſuperſtitioſo ejus uſu, nunc gradum facimus ad examen Cabalæ Pythagoricæ vel Latinæ, vel Italicæ, vel alterius idiomatis, quâ, ad quandam ſimilitudinem Hebraicæ, mediantibus numeris reſpondentibus literis alphabeti ſub quibuſdam figuris conſideratis, extrahuntur ſive in Verſu, ſive in Proſâ reſponſiones ad divinanda futura, & ad cognoſcenda, tam præſentia, quam præterita occulta. Antequam autem hanc quæſtionem reſolvamus. Quid intelligitur nomine Cabalæ Pythagoricæ.

39 Notandum eſt primò; ſecundùm regulas Cabaliſticas unicuique literæ Alphabeti eſſe ſemper addictos quoſdam decretos numeros. *Omnes literæ*, ait Iſidorus Hiſpalenſis *lib.* 1. *Orig. c.* 3. *apud Græcos, & verba componunt, & numeros faciunt;*

idem dicendum eſt de Latinis: ſcilicet, vel unitates, vel denarios, vel centenarios, quos, ne alibi lector inquirat, nos non piget hic ſubjicere in Latino in Græco, in quo Græci, & Latini ſe Hebræis accomodarunt.

Regulæ Cabaliſticæ circa numeros literis reſpondentes.

A	B	C	D	E	F	G
1	2	3	4	5	6	7
H	I	K	L	M	N	O
8	9	10	20	30	40	50
P	Q	R	S	T	V	X
60	70	80	90	100	200	300
Y	Z					
400	500					

Αα	Ββ	Γγ	Δδ	Εε	ϛ	Ζζ	Ηη
1	2	3	4	5	6	7	8
Θϑ	Ιι	Κκ	Λλ	Μμ	Νν	Ξξ	Οο
9	10	20	30	40	50	60	70
Ππ	ϛ	Ρρ	Σσ	Ττ	Υυ	Φφ	Χχ
80	90	100	200	300	400	500	600
Ψψ	Ωω	ϛ					
700	800	900					

In hoc

In hoc alphabeto juxta observationem Pauli Scaligieri *tom.* 2. *Miscell. l.* 12. *de revolutione alphabetariâ* tres literæ à Græcis sunt adjectæ, ut illud par facerent Hebraico. Quare tria schemata nempe sexti, nonagesimi, & noningentesimi numeri figmenta sunt hominum novorum, imitandi studio ductorum, cujus rei testes Homeri libri citantur.

Circa hanc operationem afferemus exemplum desumptum ex *lib.* 5. *Sibyllarum*, si tamen possumus ei plenam fidem præstare. Nomina quippe Imperatorum hàc Arte Cabalisticâ notantur. Nimirum quod Primi litera capitalis erit bis decies sive 20. K, & ita Καισαρ Cæsar designatur. Proximi primam alphabeti A dicit; Augustus. Tertii prima faciet 300 T Tiberius; deinde trini numeri Γ Gajus Caligula: rursus nota vicenaria K Klaudius: mox nota 50 idest N Nero: sic pro Domitiano 4. Δ pro Nervà 50 N, pro Trajano 300. T.

40 Notandum 2° interdùm literis respondere numeros triangulares, ut eos vocat Gaspar Peucerus in *Oper. de Divinat. l.* 9. *c.* 9. Exempli gratià A. respondet 1. B. 3. C. 6. D. 10. E. 15. ita ut numerus loci literæ in alphabeto adjungatur anteriori summæ, sic quia litera C est tertia adje- **Quid sint numeri triangulares.**

cto numero 3 pro ut erat summa anterior sub literà B. componit. 6. & 6. erit numerus triangularis sub literà C, & sic de singulis, ut ostenditur in subjecto Alphabeto cum suis notis numericis.

A	B	C	D	E	F	G
1	3	6	10	15	21	27
H	I	K	L	M	N	O
36	45	55	66	78	91	105
P	Q	R	S	T	V	X
120	136	153	171	190	210	231
Y	Z					
253	276					

Omnes hi numeri simul sumpti, ait dictus Peucerus, summam complent 2300. quæ numerum dierum Antiochi Epiphanis adæquat, quorum meminit Daniel *c.* 8. & ideò hanc computationem multùm exaltat ut verum Cabalæ Testimonium. Alia alphabeta onomantica ab aliis nebulonibus conficta referuntur ab Athanasio Kircherio Oedipi Ægypt. tom. 2. class. 11. c. 8.

41 Notandum 3° alium etiam esse modum componendi literas cum numeris, quan-

quando scilicet literæ considerantur, prout important numerum, quo utuntur Cronologi ad notandam circumstantiam temporis. Nos hàc tempestate ad hoc præstandum septem tantùm ex illis adhibemus nempe I. V. X. L. C. D. M.-I. ad notandum 1. V. 5. X. 10. L. 50. C. 100. D. 500. M. 1000. ut habetur in illis versibus. Notantur aliæ regulæ.

In ciphris Latiis I tantùm continet unum,
Possidet V quinque X-que decem, quingenta tenet D.
L quinquaginta, C centum, M mille recenset.

aliæ autem in desuetudinem jam abjere: ut tamen etiam illæ dignoscantur, cum in antiquis scriptis occurrunt, ponitur hoc alphabetum,

A	B	C	D	E	F	G
500	300	100	500	250	40	400
H	I	K	L	M	N	O
200	100	150	50	1000	900	11
P	Q	R	S	T	V	X
7	500	80	7	160	5	10
Y	Z					
159	2000					

eadem

eadem sequentes versus exprimunt juxta Valerium Probum, Petrum Diaconum, & alios, qui de antiquis Notis scripsère, ut refert Theophilus Raynaudus *Erotemata de Malis, ac bonis libris Partitio* I. *Erot.* 13. *n.* 364.

Possidet A numeros quingentos ordine recto,
Et B tercentum per se retinere videtur.
Non plus quam centum C litera fertur habere.
Litera D velut A quingentos significabit.
E quoque ducentos, & quinquaginta tenebit.
Sexta quaterdenos gerit F quæ distat ab Alpha.
G quadringentos demonstrativa tenebit
H quoque ducentos per se designat habendos
I C compar erit, & centum significabit.
K quoque centenos, & quinquaginta tenebit.
Quinquies L denos numero designat habendos.
M caput est numeri, quem scimus mille tenere.

N quo-

N quoque nongentos numero demonstrat habendos.

Undenos facit O cognoscas sic numerando.

P. similem cum S numerum monstratur habere.

Q velut A cum D quingentos vult retinere.

Octoginta dabit R si quis eam numerabit.

S verò septenos numeratos significabit.

T quoque centenos & sexaginta tenebit.

V verò quinque dabit tibi, si rectè numerabis.

X duplex denos numero tibi dat retinendos.

Y dat centenos, & quinquaginta novenos.

Ultima Z canens finem bis mille tenebit.

Exempla hujus Cabalistici modi desumuntur ex hebræo in Prophetia *Isaiæ c. 9. v. 7.* ubi ideò per Mem clausam designatur tempus adventus Messiæ, quia talis litera apud Judæos erat nota numeri sexcentenarii: quod rei postmodum probavit eventus: ideft ab eo tempore, quo Isaias vaticinatus est usque ad ipsius Christi Nativitatem, annos præcisè sexcentos elapsos fuisse, ut conatur ostendere

Varia afferuntur exempla.

dere

dere Galatinus *de Arcanis l. 4. c. 19.* Item ex latino, in illo Ovidii carmine.

fILIUs ante DIeM patrIos InqVIrIt
In annos.

Ex quo ille vir doctus non tam ingeniosè quam feliciter aperuit annum, quo D. Carolus in Patrem Philippum Secundum Hispaniarum Regem conspiraverat: nam si sumas literas numeros exprimentes scilicet octo I, bina V, unum L, unum D, unum M invenies 1568 Itidèm his vocibus: DeLetI MorInI, habetur annus 1553, quo Tervanna Morinorum, quæ fuit Urbs Galliæ Belgicæ in Provincià Artesià à Carolo Quinto solo fuit æquata.

Quid sit Divinatio? 42 Notandum 4° Divinationem esse prædictionem inordinatam eorum, quæ ad solum Deum spectant, ope Dæmonis factam: sic communiter DD. cum D. Thomà 2. 2. *q. 95. art.* 1.

43 Notandum 5° Superstitionem tunc aliquem committere, quando exihibet cultum Quid superstitio? Divinum Creaturæ, cui non debetur, ita D. Thom. *loc. cit.* Unde quando quis ope Dæmonis vult cognoscere futura, vel scire occulta, committit superstitionem, quia cum Dæmon affectet excellentiam divinam, si ho-

si homo relicto Deo ad ipsum confugiat, homo hoc pacto ad ipsum confugiens cooperatur huic usurpationi divini honoris, ideoque contra Religionem Deo debitam agit superstitiosè D. Thom. *loc. cit. art.* 2. *& ibi* Cajet. *in fine*, Suarez *tom.* 1. *de Relig. l.* 2. *de Supert. c.* 8. *n.* 16. Sanchez *in Præcept. Decalogi l.* 2. *c.* 38. *n.* 9.

44 Notandum 6° Posse aliquem dupliciter invocare Dæmonem tacitè scilicet vel expresè. Tunc invocatur expressè, aut quando ab ipso simpliciter petitur, ut aliquid doceat sine ullà promissione seu pacto petentis, aut cum expresso pacto, quo quis se obligat ad obsequium Dæmonis si res occultas, vel futuras eum doceat. Tunc invocatur tacitè, seu pacto implicito, quando quis mediis vanis, & inutilibus, quibus se immiscet Dæmon, procurat rerum latentium notitiam, quæ vim humanam superat; quod accidit etiamsi ille, qui vanis signis utitur, non intendat expressam Dæmonis invocationem imò expresè in mente suà intendat illum non invocare. Nam dum seriò operationes vanas, & inutiles usurpat, quibus non potest alio modo res latentes cognoscere, quid aliud facit, quam velle implicitè opem Dæmonis, licet eam nolit expresè? Ita Trullen-

Quale pactum vocatur expressum & quale tacitum cum Dæmone?

ch in *Expoſ. Decalog. l.* 1. *c.* 10. *dub.* 3. *n.* 8. Leſſius *l.* 2. *c.* 43. *dub.* 8. *n.* 12. Bonac. *tom.* 2. *diſp.* 3. *q.* 5. *punc.* 3. *n.* 4. Carena *de Officio, Sanctis. Inquiſ. Par.* 2. *de Sortilegis tit.* 12. §. 3. *n.* 20. Sanch. in *Prǽcep. Decalog. l.* 2. *c.* 38. *n.* 4. Cajet. 2. 2. *q.* 95. *art.* 2. *verſ. ad evidentiam*, Suarez *loc. cit. c.* 9. *n.* 3. Anton. de Souſa in *Aphorim. Inquiſ. l.* 1. *c.* 38. qui doctrinæ traditæ addit, tacitam invocationem etiam contingere in adhibendis operationibus inutilibus ad divinandum, quamvis Dæmon nullum antea pactum cum aliquo inierit concurrendi cum eo, qui talibus ſignis uſus fuerit; quod verum eſt etiam, ſi ex talibus ſignis, & operationibus vanis rem per longam experientiam, & conſuetudinem ita ſucceſſiſſe conſtat: cum enim hæ operationes ſint inutiles, & vanæ ad divinandum, is qui ſeriò illis utitur, Dæmonem tacitè invocare videtur. Ita etiam Suarez *loc. cit. c.* 9. *n.* 17. Sanchez *c.* 38. *n.* 11. cum Bonac. Trullen. & aliis.

Quæ Dæmones propriis viribus certò aut probabiliter ſcire valeant?

45 Notandum 7° Quamvis Dæmones certò non cognoſcant futura contingentia, quæ non habent cauſam determinatam, ut gubernationes, & Regnorum mutationem, quia corda Principum ſunt in manu Dei; & quæ à noſtro pendent arbitrio; poſſunt tamen multa probabiliſſimè prædicere. Nam

cum

cum ingenio Angelico, & tam exactâ omnium naturalium cognitione, & experientiâ prædíti sint, ut ipsorum nomen prodit: *Dæmonas*, dicit Lactantius, *Grammatici dictos ajunt, idest peritos, ac rerum scios*, & August. de *Civit. Dei l. 9. c. 20. Dæmones dicuntur, quoniam vocabulum Gręcum est ob scientiam nominati*. Plato etiam in *Cratylo* sic appellari putat quasi scientes sive peritos: hinc fit ut observatis hominum affectionibus, desideriis, & inclinationibus, de futuris liberis sæpe vera conjectent: sicut apud Nicetam Choniatam *l. 3.* Fanaticus ille Basilacius Isaacio excæcationem, & de solio dejectionem, quæ mox consecuta est, prædixit. Nam cum Alexius diligentissimè in fratris perniciem tenderet, & Isaacius inopportunâ securitate omnes delatores arceret, quid aliud quam velle perire videbatur? Potest etiam Dæmon certa futura nosse, quæ Divinatores docet ex revelatione Dei per alium Dæmonem sibi factâ: sæpe enim Deus ad aliquam pœnam inferendam uti solet Dæmonis ministerio: atque ita hoc damnum, & durationis tempus ei revelat. Sic Turca ille Famagustanus, de quo Villemontius *l. 2. Peregrin. c. 7.* vaticinatus est, se intra horæ spatium moriturum, & confestim se mortuo luem desi- exemplis Doctrina illustratur

turam,

turam, quod & factum est. Potest etiam Dæmon ex clandestinis consiliis, verbis, scriptis, deliberationes hominum futuras sagacissimè deducere. Adde posse in remotissimis locis patrata, Dæmonem alibi statim enunciare, & omnium cursorum celeritatem antevertere; huc referendum, quod narrant Philostratus, & Laertius super obitu Domitiani, nimirùm Apollonium Thyanæum Ephesi in ludo disputantem subitò vocem demisisse torvis oculis in terram spectantem: inde tres aut quatuor passus progressum in hæc verba erupisse. *Percute Tyrannum percute*, tanquam res ipsa oculis obversaretur: Stupentibus ad hæc Ephesiis, Apollonius talia verba affatus est: *Confidite o Viri, namque Tyrannus hoc ipso temporis momento occisus est*, Et equidem post aliquos dies supervenêre Cursores, qui omnia de Morte Domitiani confirmavêre. Quod hic docuimus de Scientiâ Dæmonum enucleatè, & apertè tradit Augustinus *in l. 2. de Genes. ad lit. c. 17. quibus*, loquitur de Dæmonibus, *quædam vera de temporalibus rebus nosse permittitur, partim quia subtilioris sensus acumine, partim quia corporibus subtilioribus vigent, partim experientiâ callidiore propter magnam longitudinem vitæ, partim à Sanctis*

Ange-

Angelis, *quod ipsi ab Omnipotente Deo discunt*, *etiam jussu ejus sibi revelantibus*, *qui merita humana occultissime justitiæ sinceritate distribuit*. *Aliquando autem iidem nefandi Spiritus*, *etiam quæ ipsi facturi sunt*, *velut divinando prædicunt*. His in antecessum premissis.

46 Dico primò, Cabalam prout est quædam ars divinandi futura, & cognoscendi occulta tam præterita, quam præsentia per Nominum characteres, seu literas, & numeros, esse operationem omninò vanam, & ineptam ad dictos effectus præstandos. *Cabala est omnino inepta ad divinandà futura, & cognoscenda occulta.*

47 Probatur conclusio. Isti effectus proveniunt à causà liberà, & sunt omninò contingentes, ergo Cabala est operatio omninò vana, & inepta ad dictos effectus præstandos. Antecedens est manifestum; probatur consequentia: si Cabala præstaret hos effectus, necessariò illos præstaret, sed hoc repugnat cum contingentià talium effectuum, ergo Cabala est operatio inepta ad illos præstandos. Probatur Major, quia si effectus illi aliquam haberent connexionem cum Cabalà maximè quia ejus veritas contineretur in illà numerorum combinatione,& in eorum cum literis collatione,sed si ita continaretur, connexio foret necessaria,necessitate scilicet consequenti positâ tali literarum *Assertio suaderetur ad evidentiam.*

& numerorum combinatione, ergo si Cabala præstaret hos effectus, necessariò illos præstaret. Probatur Major, quia illa numerorum combinatio, & eorum cum literis collatio fit per regulas determinatas, ut dictum est in *Notand.* 1. 2. 3. positâ autem determinatâ supputandi regulâ semper necesse est ex eisdem numeris, eandem oriri combinationem, alioquin Arithmetica non esset scientia, cum scientia objectum habeat necessarium. Minor principalis argumenti etiam facile insinuatur. Nam quidquid necessariò connectitur cum aliquo illo posito, & istud poni necesse est: sic igitur positâ tali *interrogatione*, cum numeri deduci debeant, & supputari per regulas determinatas, semper & necessariò, eadem numerorum deductio, & supputatio oriri debet, & ita veritas effectus, quæ cum hàc supputatione, & deductione connecteretur, necessaria esse deberet, ideoque destrueretur contingentia effectus supposita.

Hoc idem elucidatur, & confirmatur; quia vel hæc connexio oritur ex dependentià, quam habet veritas effectus à combinatione numerorum, vel oritur ex dependentià, quam habet combinatio numerorum à veritate effectus, neutrum dici potest, ergo &c. Non primum, quia ut di-

ctum

ctum est, non esset effectus contingens, utpotequi necessariò sequi deberet ex illà numerorum combinatione; tum quia ut plurimùm effectus jam evènit, dum illa numerorum distributio, & supputatio componitur, ut fit dum Cabala respondet de præteritis remotis, & occultis. Non secundum; quia ut pariter dictum est illa numerorum combinatio fit ex regulà determinatà, & stabili, quæ non variatur ex variatione effectus.

48 Dico 2ò Hanc Cabalam esse superstitiosam, ac proinde omninò illicitam.

49 Probatur primò Ex *c. non observetis 26. q. 7.* in quo prohibetur etiam *per numeros, & literas, mortem, prospera, vel adversa futura inquirere, &* paulò post subjungitur *qui talibus credunt, sciant se Fidem Christianam, & Baptismum prævaricasse, & Paganum, & Apostatam, & Dei inimicum, iram Dei graviter, & in æternum incurrisse: nisi Ecclesiasticà Pœnitentià emendatus Deo reconcilietur.* Et ex Bullà *Cœli, & Terræ* Sixti Quinti, in quà Pontifex loquens de artibus vanis, & fallacibus ad futuros eventus, & fortuitos casus prænoscendos, ait: *dubitandum non est in hujusmodi futurum contingentium inquisitione, & præcognitione Diaboli operationem*

Cabala ut superstitiosa, & illicita auctoritatibus & rationibus reprobatur.

uem se fallaciter, immiscere, ut suâ fraude, ac dolis miseros homines à viâ salutis avertat, & laqueo damnationis involvat.

50. Probatur 2.° ex Divo Thomâ 2. 2. *q.* 95. *art.* 1. ubi ait; *Si quis futura prenunciare, aut praenoscere quocumque modo praesumpserit nisi Deo revelante, manifestè usurpat sibi, quod proprium est Dei: & articul.* 2. inquit *Omnis Divinatio ex operatione Demonum provenit, vel quia expressè Demones invocantur, vel quia Demones ingerunt se vanis inquisitionibus futurorum*; & post pauca addit; *vana autem inquisitio futurorum est, quando aliquis futurum praenoscere tentat, unde prenosci non potest*; quod certè evenit in casu nostro.

51 Probatur 3.° Hæc Cabala pertinet ad speciem Sortilegii Divinatorii, ut constat ex D. Thoma 2. 2. *q.* 95. *art.* 8. ubi docet, *sortes propriè dici, cum sit aliquid, ut ejus eventu considerato aliquid occultum innotescat*, sed sortes divinatoriæ sunt superstitiosæ, & prohibitæ, ergo etiam Cabalà. Minor constat ex *c. Ecclesia de sortilegiis, ex c. si quis Episcopus, c. Sortes, c. Pervenit* 26. *q.* 5. Item ex Magno Gregorio *l.* 7. *epist.* 67. & *l.* 9. *epist.* 47. & Consilio Toletano quarto *c.* 28. & Agatense *c.* 42.

52 Probatur 4.° Quotiescumque sumitur

ope-

operatio vana, & inepta ad aliquem effectum consequendum, illa illicita, & superstitiosa est; sed Cabala est operatio vana, & inepta, ad effectus, de quibus ipsa quæritur, ergo Cabala illicita, & superstitiosa est. Major est D. Thomæ *loc. cit.* & omnium Theologorum, quæ etiam statuitur in articulis Scholæ Parisiensis *art.* 3. quia operationes vanæ, & ineptæ referuntur ad Dæmonem. Minor remanet probata ex superiori Conclusione: ulterius autem evincitur sic. Cabala nullam habet connexionem cum occultorum cognitione neque ad modum causæ, neque ad modum signi, ergo est operatio inepta; quod non habeat connexionem ad modum causæ jam constat, & fuit ostensum, quia contingentia effectus non potest connecti cum regulis Cabalæ, quæ sunt determinatæ, & invariabiles; quod non habeat neque ad modum signi, suadetur sic. Nam hæc signa vel essent à natura, vel à Deo; non à natura, quia illa per Nomina, literas, & numeros non operatur; non à Deo quia nusquam in sacris Libris constat Deum hujusmodi signa dedisse hominibus, ergo &c. Tum quia literæ, characteres, & numeri, quibus Cabalistæ utuntur, vel sunt in scriptis, vel ore proferuntur; si in scriptis,

funt quid mortuum, fi ore proferuntur, aliam vim non habent, nifi aerem verberandi; quomodo ergo poffunt refpondere, ficut faceret aliquid vivum rationale fciens Orthographiam, Grammaticam, Profodiam, & cognofcere futura, & occulta? Præterea numerus quà numerus nullam vim habet operandi neque naturalem, neque fupernaturalem, nam licet ipfe fit quantitas difcreta, non poteft tamen habere majorem efficaciam, quam habet quantitas continua, hæc autem nequit effe per fe efficiens, nifi forte motus localis, de quo hic non agitur, ergo Cabala utens numeris ad cognofcenda occulta, & futura eft operatio ad hoc omninò inefficax, & vana.

53 Dices ex Proclo, & ex Paulo Scaligero *t.* 2 *l.* 12. *de revol. Alphabet.* hic non fumitur numerus prout eft fenfibilis, & materialis & eft numerus mercatorum, fed formalis, & rationalis, ex quo magna facramenta emanant.

54 Refpond. cum Martino Del Rio *Difq. Mag. l.* 1. *c.* 4 *q.* 2. hanc effe fraudem Cabaliftarum. Nam ratio formalis numeri nihil eft aliud, quam illud ipfum, quo plura individua plura funt, & ab unitate recedunt; quod fit autem negatio pura, vel quid pofitivum nihil ad operandum efficax illis adjungit;

occurritur inftantiæ adverfariorum, & confirmatur conclufio.

git; & ideo ſub hac voce *Formalis* numeri aliquod abſcondunt, quod ad ipſam Dæmonis ex pacto operationem pertinet. Hoc maximè evincitur, quia priſci Hæretici, qui numeris multum tribuebant de Magià iidem convicti non ſemel fuerunt. De Baſilidianis fatetur Epiphanius *Heref.* 24. Tertullian. de *Preſcript. c.* 46., & Irenæus *l.* 1. *c.* 23. qui idem prodit de Marco vetuſtiſſimo hæretico *l.* 1. *c.* 12. & *l.* 2. *c.* 27. de Gnoſticis omnibus. Idem legitur de Valentino hæretico, qui numeris Platonicis nimis addictus ſuos triginta Æones quaſi Numina accepiſſe videtur, de quibus Tertull. *lib. con. Valentinum*.

55 Objicies, muſici numeri vi magnà pollent unde Macrobius aſſerit *Muſicà capi omne quod vivit*, ergo numeris non eſt denegan- da mirabilis operandi efficacia. Præterea quis ignorat, quantum numeris à Philoſophis, Sanctis Patribus & Scripturà delatum eſt? *Omnia ſcire eum, qui noverit numerare*, ſcribit Albumaſar verbum fuiſſe Avenzoar Babylonii. Plato etiam inquit, *inter omnes artes liberales, ac ſcientias contemplativas, precipuè maximèque divinam eſſe numerandi ſcientiam*: ſic Pythagoras Samius, Aglaophemus, Philolaus, Jamblicus, Timæus Locrenſis, & multi alii, ita numeris

Argumenta ſententiæ contrariæ proponuntur.

fuere addicti, ut sine ipsis nec quidquam dici, nec cognosci testati sint. Circa Patres, pro omnibus sufficiat Augustinus *de Doctrinâ Christ. l. 2. Numerorum imperitia multa facit non intelligi translatè, ac mysticè posita in scripturâ: in quâ Sap. 11. v. 21.* dicitur *Omnia in mensurâ, & numero, & pondere disposuisti*. Quod constat præcipuè ex Nomine Antichristi designato à Joanne in *Apoc. c.13.v.18.* sub his verbis, *qui habet intellectum computet numerum Bestię. Numerus enim hominis est: & numerus ejus sexcenti sexaginta sex.* Sic etiam Sibylla Cumana, ut habetur *in l. 1. Oracul. Sibyllinorum* per numerum 888 Nomen IESU Filii Dei prędixit his versibus ex græco in latinum conversis:

Tunc ad Mortales veniet, mortalibus ipsis
In terris similis, natus Patris Omnipotentis
Corpore vestitus Vocales quatuor autem.
Fert, non vocalesque duas binum Geniorum.
Sed quid sit numeri totius summa docebo.
Namque octo Monadas, totidem decadas super ista,
Atque hecatontadas octo, infidis significabit
Humanis Nomen: tu verò mente teneto.
Æterni natum Christum, summique Parentis.

Hoc igitur divinum Nomen JESUS scriptum græco idiomate, reddit numerum 888. ut ostenditur in hàc operatione I 10, H 8, Σ 200, O 70, Υ 400, Σ 200,

56 Respondetur, verum esse Musicos numeros vi magnà pollere, hoc tamen non ut numeri, sed ut tonorum varietate, & soni modulamine suaviter animum afficientes, & ideò distinguendi sunt modi musici, à susurris magicis, in illis operatur suavitas soni, in istis pactum Dæmonis.

solutiones 1.2.3. argumenti deducti ex Musicâ, Philosophis, & Patribus,

57 Ad secundum dicimus verum esse, Patres Orthodoxos passim de numerorum connexione multa philosophatos fuisse, ipsi tamen in hàc proportione numerali tantummodo quædam divina mysteria contemplabantur, nec ullam vim naturalem, vel magicam numeris ipsis, quà sunt tales, tribuebant; imò has observationes, ut intempestivas, & hæresum seminaria vehementer execrebantur, ita Joannes Chrysost. *tom.* 1. *in c.* 7. *Genes. homil.* 24. ubi quærens, cur ex animalibus immundis bina, & ex mundis septena introducta fuerint in Arcam, ait: *multi enim varias de iis fabulas narrant, & hinc occasione sumptà observationes numerorum ostentant. At non observatio, sed intempestiva hominum curiositas talia fingere molitur, unde & multę hęreses ortæ.* Quod verò illi Philosophi de numeris sic magnificè sint locuti, non est mirum. Nam vel erant sectatores Platonis, quem

Ter-

Tertullianus *l. de Anima c. 23.* vocat *omnium hæresum Condimentarium*, vel Pythagoræ, de Magiâ à Jamblico, Plinio, Tertulliano, Origene, Augustino, Ammiano Marcellino, Pausaniâ meritò accusati, qui ut scribit Apulejus in *Floridis* Magiam in Ægypto didicit à Zoroastre Bactrianorum Rege, Primo hujus nefariæ Artis Inventore juxta sententiam Justini *l. 1. c. 1.* Augustini *de Civit. Dei l. 21. c. 14.* & Orosii *lib. 1. c. 4.* quem, refert Plinius *lib. 30. c. 1.* vicies centum millia versuum de eâ scripsisse: ab hàc licet justâ censurâ Naudæus in *Apolog. c. 8.* nulli tamen solidæ rationi, sed meris conjecturis innixus conatur Zoroastrem, sicut & *c. 10.* Pythagoram vindicare, verùm cum satis superque, ex auctoribus primi subsellii oppositum evincatur, ab eis nullo modo recedendum esse arbitramur. Hinc auctoritates illorum Phylosophorum in aciem ab adversariis productas, quibus pulverem imperitorum oculis offundunt, nihili facimus, nam aliorum erroribus, qui naturalem, & magicam virtutem numeris tribuebant, imbuti, eos itidem ipsi in medium prompserunt:

58 Locus Sapientiæ allatus nullum subsidium affert Cabalistis: nam nihil aliud significat, nisi quod Deus omnia disposuerit in modo,

modo, specie, & ordine: ita August. *l.* 4. *de Genes. ad lit. c.* 3. *Mensura omni rei modum prefigit, & numerus omni rei speciem prebet, & pondus omnem rem ad quietem, & stabilitatem trahit*: quod etiam docet D. Thomas 1. *p. q.* 45. *act.* 7. *Mensura refertur ad substantiam rei limitatam suis principiis, numerus ad speciem, & pondus ad ordinem.* Fit satis reliquis argumentis ex Sapientia, Apocalypsi, & Sibyllis.

59 Ad locum Apocalyp. dicimus, ipsum non confirmare adversariorum opinionem, sed dumtaxat numerorum involucris arithmeticis Joannem Prophetiam contexisse, quod & nobis liceret Sancto Spiritu id inspirante. Quod etiam dictum volumus de Oraculo Sibyllæ Cumanæ. Fuerunt enim Sibyllæ ex sententià Diodori *l.* 5. quæ legitur apud Lodovicum Vives in *Comment. sup. l.* 18. *c.* 23. *de Civitate Dei D. Augustini*, mulieres vates Deo plenę: Servius 4. *Æneid.* & Lactantius *primo Instit. Divin.* ex Varrone Sibyllam nominatam dicunt, non quasi nomen sit mulieris, sed officii. Nam lingua Æolica, quæ est una ex quinque Græcorum Dialectis, ut scribit Pater Mortier *Etymologię Sacrę Gręco-Latinę verb. Sibylla* : *Sios Deum Significat & byle consilium*, unde Sibylla est idem ac Consilium Dei. Huic sententiæ favet etiam

Hiero-

Hieronymus *l. 1. contra Jovinianum* c. 26. *quid referam Sibyllas*, inquit, *Erythream*, *& Cumanam*, *& octo reliquas: quorum insigne Virginitas est*, *& Virginitatis pretium Divinatio*. *Æolico enim sermone Sibylla dicitur hoc est Dei Consilium*, *quod sola scribitur nosse Virginitas*. Ex hoc mirum non est Sibyllam Cumanam sub numero 888. notasse Nomen Salvatoris. Hic notatum volo, quod licet Sibylla pro Nomine J E S U assignasset 888. nemo tamen Sacratum hoc Nomen adinvenit, donec apud omnes fuit euulgatum. Idem etiam de Antichristi Nomine sub numeris *666* à Joanne designato, est censendum. Ideò jure & meritò Abbas Joachimus quęrenti nomen illud, sic respondet. *Queris hòc à me?* *Forte darem tibi*, *quòd petis*, *si presto esset nomen ipsum*, *cujus vim nominis scire queris: si autem nomen ejus revelatum non est*, *quis intellectus esse potest in re*, *cujus litera ignoratur*, & paulò post subjungit; *expectanda ergo usque ad tempus revelatio hujus nominis*, *& tunc ei qui habet intellectum licebit hunc numerum computare*. Sed hæc in transcursu; cæterùm ut ad nóstrum institutum redeamus, numeris vim aliquam divinam, vel naturalem tribuere, sicut fuit error Pythagoræorum, & Platonicorum,

ita

ita contra communem Sapientum assensum est. Quod etiam novit Aristoteles lib. 5. de Republ. c. 12. ubi narrat Platonis vaticinium in numeris fundatum; & minimè approbat, eum adeò infirmo fundamento Regnorum mutationem adstrinxisse.

60 Nonne infinitæ possunt excogitari numerorum combinationes, atque eorum cum literis collationes? Cur quæso hæc & illa erit inutilis, ista vero fatidica? Fuerunt ne Pythagoræi, & alii Cabalistæ divino Numine afflati? Quomodo ergo cum ex seipsis numeri ad omnes literas æquè referri possint, hunc numerum potius, quam alium huic literæ noverunt convenire? Unde hanc traditionem petunt? Cuinam fuit hoc revelatum? Quibus Sapientibus operam dantes talia sunt consecuti? *Proh Superi quantùm mortalia pectora cæcæ Noctis habent* Ovid. *Met.* 6.

Magis urgetur, & demonstratur nostra sententia.

Nonne ex humano arbitrio pendebat numeros aliter determinare, sicut & alium alphabeto ordinem tribuere? Imò juxta Zopyrionis Grammatici sententiam hoc non extitit fortuitò, & sine ratione atque hominum instituto ut refert Plutarchus *l.9. Symps. q. 3.*? Quod etiam verum maximè apparet, si attendatur inventio literarum ut observat Joh. Basel. *dessert. de Alphâ, & Omegâ.* Neque

enim

enim illæ simul ac semel fuere inventæ atque hoc ordine dispositæ, sed longo temporis successu; quod etiam affirmat Walton *prolegom.* 2. *de literis sive characteribus*, cum aliis. Cujus rei causa est linguæ ac vocum variatio, & diversimoda inflexio, quæ ex usu hominum constant.

Quem penes arbitrium est, & jus & norma loquendi.

prout inquit Horatius *lib. de Arte*. Hoc de Græco alphabeto testatur Irenæus *l.* 1. *adu. Heres. c.* 12. & ex eo Epiphanius *Heres.* 34. *Greci confitentur ab estimatione primà, sexdecim accepisse* (literas) *post deinde procedentibus temporibus semeptipsos adinvenisse, aliquando quidem aspiratas, aliquando autem duplices. Novissimè autem omnium Palamedem, ajunt, longas eis apposuisse.* Quod de alphabetis Latino, & Hebræo dicendum est; cum literæ græcæ, quidquid dicant ipsi Græci, & latinę ab hebræis fuerint ortæ. *Literæ*, ait Isidorus *lib.* 1. *Orig. c.* 3. *latinę, & gręcę ab Hebręis videntur exortę. Apud illos enim prius dictum est Aleph, deinde ex simili ennunciatione apud Grecos tractum est Alpha, item apud Latinos A. Translator enim ex simili sono alterius lingue condidit, ut nosse possimus linguam hebraicam omnium linguarum, ac literarum esse Matrem; ac*

propte-

propterea advertit Scaliger in *Not. ad Eusebium* 1617. literas Fœnicum, quæ erant eædem cum Chananæis, sive hebræis, ut testantur Gerard. Vossius, Bochartus, & alii, Syrorum, Maronitarum, Græcorum, & Latinorum easdem olim omninò fuisse. Quam ergo connexionem possunt habere futura, & occulta, quæ sunt solius Dei, cum literarum dispositione, & numero, quod partim hominum instituto, partim sortis eventu noscitur accidisse? Estne credibile Deum illa voluisse sic alligare? Hoc equidem fatuum est, & illud asserere nil aliud profectò esset, nisi posticæ velle subjacere sannæ, & ludibrium sapientibus debere.

61 Dices; exitus tamen probat ex cognitione futurorum, & revelatione occultorum hàc Arte habità, esse inter literas, & numeros hoc divinationis consortium.

62 Resp. & Astrologiam Judiciariam quandoque vera vaticinari. Sic Julius Cæsar illà ipsà die scilicet idibus Martii prout ab haruspice Spurinnà fuerat monitus, tribus, & viginti vulneribus confossus occubuit Svet. in Jul. Cæs. Xiphilinus de Nerone narrat, quendam Astrologum ipso nascente duo prædixisse, eum & regnaturum esse, & matrem occisurum. Et Sortilegia divinatoria futura portendentia interdùm eventu

Solvitur argumentum ab experientia deductum.

fuere

comprobata, ut legitur de Alexandro Severo adhuc adolescente, nec Imperium sperante, cui, dum Virgilianas sortes, ut mos erat apud antiquos in versibus alicujus Poetæ fortuitò acceptis illas inquirere, scrutabatur, carmina ex libro Æneidum 6. exiere, quæ futurum illi Imperium pollicebatur his verbis.

Tu regere Imperio Populos Romane memento

Hæ tibi erunt artes, pacisque imponere morem,

Parcere subjectis, & debellare Superbos.

Hæc nihilominus non possunt patrocinari nec Astrologiæ Judiciarię, nec Sortilegio Divinatorio; ita pariter licet Cabala aliquando à veritate non aberret, non est tamen ad usum deducenda, quia in hàc sicut in illis Diabolus semper se immiscet.

63 Quod autem verum interdum portendat, hoc evenit non ex numerorum combinationibus, ac eorum cum literis collationibus, sed aut Casu, cum mirum non sit aleatoris voto quandoque aleam respondere; Cabalistis enim accidit, dicit Morinus *Exercit. 2. Samarit. c. 7. p. 159.* quod Empiricis, qui à scopo non adeò constan-

Cur interdum Cabala verum portendat?

ter

ter aberrant, quin casu, & prosperitate fortunæ illud nonnunquam attingant. Notata sunt aliqua tanquam mira, quibus eventus respondit, prætermissa alia tanquam vana, quibus non respondit: sunt planè innumera alia, quorum vanitatem elusit, & proscripsit eventus; ut de Cabalistis possit dici, quod Favorinus apud A. Gellium *l.* 14. *c.* 1. ajebat de Planetariis: *Ista tamen omnia, quæ aut temerè, aut astutè vera dicunt, præ cæteris, quę mentiantur, pars ea non sit millesima.* Vel hoc provenit à Dæmone, & id veriùs. Nam cum multa dentur ut notavimus *numero* 45, ex quibus Dæmoni occulta, & etiam futura innotescunt, illa per Cabalam revelat, & prædicit. Quapropter salutariter monet Augustinus *l.* 2. *Genes. ad lit. c.* 17. *divinantes impiè, etiam dicentes vera cavendi sunt, & l.* 2. *de Doct. Christianâ c.* 22. 23. detegit in hoc Diaboli artem, ut *multa observantibus secundùm observationes eveniant quibus implicati curiosiores fiant, & sese magis inserant multiplicibus laqueis perniciosissimi erroris. Hoc genus fornicationis animæ salubriter Divina Scriptura non tacuit, neque ab eâ sic deterruit animam, ut propterea talia negaret esse sectanda, quia falsa dicuntur, à pro-*

fessoribus eorum, *sed etiam si dixerint vobis inquit Deutor. c.* 13. *v.* 1. *& ita evenerit non credatis eis. Non enim quia imago Samuelis mortui Sauli Regi vera prenunciavit, propterea talia Sacrilegia, quibus imago illa præsentata est, minus execranda sunt*; *&* paulò inferius concludit: *Omnes igitur artes hujusmodi vel nugatoriæ, vel noxiæ superstitionis ex quâdam pestiferâ societate hominum, & Dæmonum quasi pacta infidelis, & dolosæ amicitiæ constituta, penitus sunt repudianda, & fugienda Christiano.*

Rota Bedæ favet Arti Cabalisticæ.

64 Objicies 2ò Epistola Petosyris ad Necepsum Regem Ægypti de Divinatione vitæ, & mortis, cum extet inter Opera Venerabilis Bedæ, & ipse ejus auctor censeatur, nullâ debet censurâ inuri, ergo nec Cabala. Prob. consequentia. Rota, quæ illic exhibetur sicut & Cabala versatur circa divinationem per literas, & numeros deducendam, ergo cum in re simili, dissimile nequeat judicium proferri, si una permittitur, non debet alia reprobari.

Talem Rotam falsò tribui Bedæ multipliciter evincitur.

Respondetur; quod licet verum sit illud Tullii *lib.* 2. *de Divinatione*: *Nihil tam absurdè dici potest, quod non dicatur ab aliquo Philosophorum*, & quod magni erro-

res habuerint interdum magnos patronos; attamen si illud probatum Horatii præceptum *lib.* 1. *epist.* 18.

Quid de quoque viro, & cui dicas sæpè videto.

volet quis ritè observare, haud dubiè talem Epistolam Bedæ tribuendam esse neutiquam arbitrabitur. Nefas enim est Virò Doctissimo, & Venerabili, *cujus Opera*, ut refert Sixtus Senensis *Biblioth. Sanc. l.* 4. *pag.* 216. *adhùc vivente tanto in pretio habita sunt, ut ex ordinatione Episcoporum Britaniæ in Ecclesiis publicè legerentur*, superstitiosum hoc Artificium inscribere: nisi fronte oppessulatà, & hæreticà judicium Casauboni, quod legitur in *Casauboniana* pag. 167. illum tanquam hominem superstitiosum temerè indigitantis, velimus etiam in hoc flagitiosè tueri. Ut autem à tanto Viro tantam vindicemus injuriam dicimus pro certo, & indubitato talem Epistolam non esse Bedæ, sed vel Biantis; appellatur equidem à nonnullis Sphœra Biantis, ut legitur apud Athan. Kircherium *Oedipi Ægyp. tom.* 2. *par.* 2. *class.* 11. *c.* 9. qui admodum miratur quo fuco inter Opera Bedæ ipsa irrepserit; vel alicujus Hæretici sortilegi secundùm Thom. del Bene *de Of. S. Inquis. par.* 2.

 sect. 24.

sect. 24. *n.* 1. & forsan, ut volunt nunnulli, Apulei Platonici, qui, ut refert Augustinus *epist.* 5. *ad Marcellinum*, de Magià, & Necromantià fuit graviter accusatus. Dicatur autem illa Rota fortasse Bedæ, quia industrià hæreticorum, & sortilegorum quorumdam, auctoritate tanti Viri, fideles ad usum Diabolicum prædictæ Rotæ allicerentur: idcircò inter opera ejusdem Bedæ ab aliquo audacissimo impostore *tom.* 2. *pag.* 348. dolosè fuit inserta, & Basileæ per Joannem Hervagium Typographum mali commatis, & in primà Classe damnatum, ut perhibet Index Librorum Prohibitorum, typis mandata, quam postea Typographi Francfordienses, & Colonienses exemplaribus utentes inemendatis inconsultò Operibus Bedę interjecerunt. Multi enim prout observant Wierus *c.* 5. *l.* 2. *de Præstigiis*, *&* Picus Mirandulanus *cont. Astrolog. Judic. libros hujusmodi fabularum Viris Clarissimis, & antiquissimis inscribunt, & fidem errori suo de fictis auctoribus aucupantur* ut possit dici

veluti Parnassia laurus
Parvâ sub ingenti matris se protegit umbrâ.

Sic Theodoreto multa fuerunt à Nestoria-

nis

nis suppofita, ut notat Leontius *De Sectis act.* 5. Gelatio Papæ Commentarios Pelagianos in Paulum quosdam hæreticos supposuisse admonet Cassiod. *l.* 8. *Divin. lect.* De nonnullis Nestorii Scriptis S. Joann. Ghrysostomo suppositis testatur S. Maximus *in Collat. cum Theodoro Episcopo Cęsareæ sub medium pag.* 163. De Julio Romano Pontifice, Gregorio Thaumaturgo, & Athanasio, quibus multa scripta hæretica dolosæ fuere supposita, narrat Leontius *lib. de suppositis pro Appollinario scriptis Patrum*. Quod de dictà Rotà subdolè ab aliquibus Divinatoribus in suffragium suæ Magicæ artis Bedæ suppositâ, evenisse, eò maximè patet, quia nec Sixtus Senensis, nec Trithemius, nec Baronius, nec Bellarminus, nec Du Pin, nec Gesnerus, nec Cave scribentes de Bedà, & ejus Operibus ullam de hàc Rotà mentionem faciunt. Præterea Joannes Pitsæus Anglus in Opere suo de Rebus Anglicis inscripto *tom.* 1. in quo agit de Scriptoribus Anglicis, Parisiis impresso anno 1619. exatissimum exhibet Syllabum de Bedæ Operibus, & omnia ejus opuscula acuratissimè refert, sed ne verbum quidem ab ejus calamo excidit de citatà Epistolà de Divinatione Vitæ & Mortis. Celeberrimus

item Pater Mabillon in Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti sæculo tertio Benedictino, quod est ab anno Christi 700 ad annum 800 *Part.* 1. in Elogio historico Bedæ §. 10. ubi examen instituit de Bedæ scriptis, & judicium suum profert, propè finem dicti § infrascripta verba leguntur *Apage Epistolam de Divinatione Mortis, quę deliramenta quantum à mente pii hominis absint, probat Epistola ad Herenfridum Presbyterum Libello de Tonitruis à se latinè verso præfixa*, quæ extat in Primo tomo suorum Operum; quod etiam nos clarè, & apodicticè ex alio Bedæ loco evincimus, nam cum ipse Beda *tom.* 8. *lib. de Remediis peccatorum* agens de Auguriis, vel Divinationibus, ab istis vanis observationibus valde alienum se præbeat, & pœna pro his plectendis præscribat, non est credibile illum docere in uno loco, quod execratur in alio. Quare ex albo operum Bedæ illa epistola est omninò expungenda, & tanquam superstitiosa atque Magica prorsus eliminanda, sicut & Rota Pythagoræ, & Rota Catani: unde nihil ex eà pro sententià Cabalistarum ullis fidiculis extorqueri potest, ac proindè fortius concidit fundamentum, quod ipsi sententiæ suæ de licito Cabalæ usu ne-

quiter

quiter substraverunt, quod nos molesto labore, & prolixiùs examinandum duximus, ut clariùs veritas elucescat, nec tanto Beda contaminatus piaculo ab impostoribus impunè insimuletur.

66 Quæritur primò an Cabalistæ sint denunciandi Inquisitoribus contra hæreticam pravitatem, & quibusnam pœnis sint obnoxii?

67 Respondetur Tam Cabalam exercentes, quam ab illam exercentibus consilium circa illam petentes, esse Inquisitoribus denunciandos. Cabalistæ sunt denunciandi Inquisitoribus.

68 Probatur, quod sapit hæresim pertinet ad judicium Inquisitorum, sed Cabala sapit hæresim, ergo &c. Major constat ex *c. Causam §. sanè de hæreticis in* 6° & ex Decreto Alexandri septimi *Licet alias* editi *die* 8. Julii 1660. per illa verba: *Hæreticos, vel de Heresi quomodocumque etiam leviter suspectos deferant, & judicialiter denunciént Inquisitoribus*. Quod etiam præcipitur in Edicto Univers. Inquis. Romanæ Italico idiomate prœlo tradito anno 1677. die 10. Martii relato à Felice Potestate *t.* 2. *p.* 2. *c.* 1. *pag.* 529. & est certissimum apud omnes ut docet Pistach. *part.* 2. *de Superst.* *c.* 12. *n.* 1. Suarez *tom.* 1. *de Relig. l.* 2. *de superst. c.* 19. *n.* 11. Siman. Julius Clarus,

Eymericus, Pegna cum aliis. Probatur minor, quod includit pactum quamvis tacitum cum Dæmone sapit hæresim, sed Cabala, ut probatum est, hoc includit ergo &c. Major probatur, quia omnis familiaritas cum Dæmone hæresim, vel Apostasiam involuit, & ideò Paulus 1. *ad Corinthios c.* 10. dicit: *nolo vos fieri socios Dęmoniorum*, sed quotiescumque habetur pactum habetur familiaritas, ergo quotiescumque habetur pactum, habetur de hæresi suspicio.

69 Secundò evincitur ex Edicto Italico citato, in quo sic legitur. *Si debbono rivelare, e giuridicamente notificare al Santo Officio tutti, e ciascuno de quelli, che habbiano fatti, ò faccino atti, dà quali si possa argomentare patto espresso o tacito col Demonio*, sed Cabalistæ habent pactum tale cum Dæmone, ergo &c.

Numerantur pœnæ quibus Cabalistæ sunt obnoxii.

70 Cum igitur Cabalistæ sint de Hęresi suspecti, sunt denunciandi Inquisitoribus, à quibus si sunt Clerici, *imfamià notentur si verò non destiterint deponantur, & in Monasterium detrudantur, & beneficiis priventur*: ita Concilium Lateranense sub Leone Decimo *sess.* 9. *tit. de Reformat. Curiæ in fine* Menoch. *de arbit. l.* 1. *cent.* 4. *casu* 388. *n.* 10. Farinacius *t* 1. *q.* 20. *n.* 92. 95. *& seq.* Del Rio *l.* 5. *q.* 16. Anton. de Sousa

loc.

loc. cit. c. 58. *n.* 11. Si sunt Regulares puniuntur pœnis privationis officiorum, vocis activæ, & passivæ, & aliis contentis in Bullis Sixti Quinti *Cœli*, *&* *Terræ*, & Urbani Octavi *Inscrutabilis*. Si sunt Laici pro primà vice excommunicantur, & ab Ecclesià removentur. Si autem admoniti in eàdem Cabalà, & Sortilegio divinatorio perseverent, & sint viles personæ debent publicè fustigari, & infami mitrà dehonestari; si verò personæ honestiores relegantur, vel perpetuo carceri mancipantur Menoch. ut *supra n.* 16. Farin. *loc. cit. n.* 93. Suarez *loc. cit. c.* 19. *n.* 13. De iis omnibus videri possunt Diaz, & Salcedus *in Pract. Criminal. Canon. c.* 107. 108., ubi etiam alias enumerat pœnas.

71 Hic adverto hos sortilegos, & Cabalistas eò *præcisè*, quia Divinatores sunt in ullam incurrere *de jure communi* ipso facto censuram, aut pœnam ecclesiasticam; quia nullo Decreto Juris Canonici talis fertur sententia; ita Alexand. Alensis 2. *p. q.* 164. *mem.* 5. Silvester *verb. superstitio q. ult.*, Suarez *loc. cit. n.* 3. Fagundez *l.* 1. *Decalog. c.* 44. Palaus *tract.* 17. *disp.* 1. *punc.* 13. *n.* 2. Trullench *Exposit. Decalog. l.* 1. *c.* 10. *dub.* 3. *n.* 12. Azorius *tom.* 1. *l.* 9. *c.* 26. *q.* 3. *versicul. quæres*, qui illud verbum,

Non incurrunt ipso facto aliquam Censuram.

bum, quod habetur in *c. Si quis Ariolos* 26. q. 5. *Anathema sit*, ita explicat, ideſt anathemate feriatur, ſeu excommunicetur: cui explicationi calculum ſuum adjiciunt, Leſſius *l.* 2. *c.* 43. *dub.* 5. *n.* 24. Suarez *tom.* 1. *de Relig. l.* 2. *de Superſtitione c.* 19. *n.* 5. Sanchez *l.* 2. *Oper. Moral. c.* 28. *n.* 91. & alii: Nec Extravagans Joannis XXII. quæ incipit *Super illius* allata à Tabiena *verb. excommunicatio* 5. *caſu* 4. *n.* 1. hoc evincit: Nam vel non fuit edita, cum nec in Jure habeatur, nec in Bullario Romano typis mandato anno 1586 inter Conſtitutiones illius Pontificis contineatur, ut notat Suarez *loc. cit. n.* 6. Sanch. *loc. cit. n.* 90. & alii: legitur tamen in Primo Tomo Bullarii prœlo commiſſo anno 1638. à D. Angelo Maria Cherubino *pag.* 177. ſed non habet editionis tempus, licèt exprimatur locus nempe *Avenione*, vel ſi fuit edita, non habuit tamen talem promulgationem, cognitionem, & receptionem, ut induxerit effectum de facto hos Sortilegos excommunicandi, ſic relati Auctores contra Salmat. *Theolog. Moral. tom.* 5. *tract.* 21. *c.* 11. *punc.* 13. *n.* 201. Tabienam, & alios.

Niſi ſint formaliter hæretici.

72 Dixi præcisè quà Divinatores ſunt: quia ſi ſimul cum divinatione admiſceatur aliquis error contra Fidem, & ſint non

tan-

tantùm suspecti propter pactum licet tacitum de Hæresi, sed verè Hæretici, tunc ratione hæresis sunt ipso facto excommunicati ex *c. Achatius* 24. *q.* 1. *c. ut abolendam c. excommunicamus* 1. & 2. *de Hæreticis in* 6. quæ pœna licet in citatis juribus non sit reservata, verumtamen reservatur in Const. Bullæ Cœllæ *clas.* 1. Sicut etiam si per Cabalam *de Statu Reipublicè Christianæ, vel Sedis Apostolicæ sive de vitâ, & morte Romani Pontificis pro tempore existentis, ejusque usque ad tertium gradum inclusivè consanguineorum judicia, prognostica, prædictiones, seu precognitiones fecerint* per Bullam Urbani Octavi *Inscrutabilis* Calendis Aprilis 1631. editam incurrunt pœnam excommunicationis majoris latæ sententiæ.

73 Dixi etiam de Jure communi: Nam si in aliquà particulari Diœcesi, ut de Valentinà refert Trullench *Expos. Decal. l.* 1. *c.* 10. *dub.* 3. *n.* 12. in quà singulis annis publicatur edictum (quo ipso facto excommunicantur) contra Astrologos, qui incognita divinant, & furta occulta pandunt, contra hanc Artem exercentes simile edictum cum tali latà censurà publicaretur, essent ipso facto excommunicati. Vel ab Inquisitoribus de facto excommunicentur.

74 Quæ-

74 Quæritur secundò an possit esse licitus usus Cabalæ præmissà protestatione, quà quis nolit tunc Dæmonem invocare imò intendat renunciare cuicumque pacto vel expresso, vel tacito, quod in illà operatione esse possit, ut se fecisse testatur Cajetanus? Nam ad demonstrandum coram multitudine, motionem annuli super filum ad prolationem cujusdam Psalmi esse arte Dæmonius factam: ipse rem facto exequi non dubitavit, pronuncians dicta verba non tanquam à Dæmone instituta ad movendum annulum, sed simpliciter ad honorandum Deum, qui eorum fuerat Auctor, in quo casu annulus non est motus, quia Dæmon rejectus rubore suffusus aufugit.

Usus Cabalæ etiam præmissa protestatione rejiciendi omnem Dæmonis opem, est illicitus

75 Respond me non ignorare in rebus dubiis adversùs omnem Dæmonis fraudem, aut versutias optimè quenquam se præmunire, si omnem ejus opem præmissa protestatione rejiciat. Nihilominus in nostro casu, protestatio hæc esset contraria facto: unde licet verbo auxilium Dæmonis rejiceret, facto tamen advocaret: quia ut dictum est *num.* 44. quotiescumque aliquis utitur operationibus, de quibus non est dubium, sed constat esse vanas, & inutiles, quamvis intendat, & dicat se nolle Dæmonem invoca-

invocare, verè illum invocat non expressè, sed tacitè; quia usurpat ea, quibus citra dubium non potest, ut probatum est, alio pacto occulta, & futura dignoscere nisi ope Dæmonis, cum sint ex se insufficientia ad inducendam talem cognitionem. Idcircò Victoria *Relect. de Magiâ q. 6. n.* 8. hanc immixtionem cum iis vanis appellat, *pactum tacitum*, & Cajetanus 2. 2. *q.* 95. *art.* 2. *tacitam Dæmonis invocationem :* sic etiam Azorius, Del Rio, Sanch. Suarez; Naldus, Trullench *Expos. Decal. l.* 1. *c.* 10. *dub.* 3. *n.* 8. Lessius *l.* 2. *c.* 43. *dub.* 8. *n.* 52. Bonac. *t.* 2. *disp.* 3. *q.* 5. *punc.* 3. *n.* 4. cum aliis. Cajetanus autem potuit licitè illam experientiam facere, quia utebatur verbis sacris, quæ poterant ad Deum referri, ut ipse fecit; tum quia per ipsam detegebat fraudem Dæmonis, & erudiebat Fideles; in quibus circumstantiis possumus tale opus aggredi, ut ipse docet in *Summâ verb. Incantatio*, quod non evenit in casu nostro, ubi operis vanitas est certa, neque ulla ad Deum potest haberi relatio.

76 Quæritur 3° an possit quis aliquando uti Arte Cabalisticà sine peccato?

77 Respond. Cum in tacità Dæmonis invocatione possit interdùm dari ignorantia quæ nullo modo volita sit, sequitur secundùm

dùm Trullench *loc. cit. c.* 10. *dub.* 3. *n.* 11. Villalobos *tract.* 34. *diff.* 3. *n.* 9. *&* 10. Del Rio *l.* 4. *c.* 2. *q.* 4. Valent. *in* 2. 2. *disp.* 6. *q.* 12. *punct.* 4. Philippinum *de Privileg. Ignorant. c.* 6. *privileg.* 7. *n.* 552. Suarez, Sanchez, Sayrum, Lessium, Pistachium, & alios, ut si quis taliter ignoraret hàc Arte Cabalisticà Dæmonem tacitè invocari, & putaret bonâ fide omnem superstitionem abesse; tunc certè lethaliter non peccaret, nisi admonitus perseveraret, quia tunc deficeret ignorantia, & oriretur contumacia. Ignorantia verò crassa, quæ attentis circumstantiis nullo negotio vinci potest, sicut & affectata, quà de industrià nolumus scire an hoc sit peccatum divinationis, non excusat, quia Cabalistæ communiter non sunt omninò rudes, & facilè possunt dubitare in hàc Arte pactum cum Dæmone adesse.

Usus Cabalæ ratione ignorantiæ potest esse interdùm sine peccato.

78 Præterea Cabala non est superstitiosa, quando is, qui ei dat operam, vacat illi non tanquam utili, & efficaci, sed tanquam vanæ & inutili ad cognitionem acquirendam solùm levitatis, & joci causà. Tunc enim, ut rectè notat Cajetanus 2. 2. *q.* 95. *art.* 2. non est superstitio, sed vanitas quædam venialis, & ratio est, nam quando quis non procurat seriam cognitionem ex re inutili, & vanà, non affectat cognitionem,

expenduntur aliqui casus in quibus est etiam licitur.

quæ

quæ sit Dei propria; quia simulata cognitio, & jocosa non est Dei propria sic Valentià in 2.2. *disp.* 6. *q.* 12. *punct.* 3. & 4. Del Rio *loc. cit.* Salmaticenses *ut supra*, qui excusant à peccato mortali utentem semel aut iterum joci causà, & sine intentione superstitiosà operationibus illicitis ad divinandum. Potest etiam nonnunquam contingere, ut benè advertunt Valentia, & Del Rio *locis citatis*, ut talis jocus ab omni peccato immunis sit, & adeò decenter, & opportunè adhibeatur, ut ad virtutem Eutropeliæ videatur pertinere. Itaque animi gratià ad exercitationem magis ingenii, quàm ad assertionis stabilitatem potest quis in numeris, & literis occulta indagare, non ut fidem illis præstet, sed ut mens in eorum inquisitione delectetur, quod non sine laude fecère, qui hoc joco in numero 666. ab Apostolo Joanne Antichristo attributo, Nomina Maometis, Joannis Us, & Martini Luteri, illa ex Alphabeto græcò, istud ex latino secundùm regulas *n.* 39. traditas, extudere, quas operationes, ut curiositati satisfaciamus, hic subjicimus.

M 40. A 1. O 70. M 40. E 5. T 300,
I 10. S 200. summa 666

I 10. E 5. A 1. N 50. V 400. S 200,
Summa 666

M 30,

M 30. A 1. R 80. T 100. I 9. N 40.
L. 20 A 1. V 200. T 100. E 5. R 80.
qui simul juncti complent summa *666*

79 Esset etiam reputandum magis jocosum, quam illicitum, si quis non seriò vellet ex numero majori respondente literis componentibus nomen alicujus, nomen capere de ejus victoriâ: sicut in Duello Hectoris, Patrocli, & Achillis, summa valoris literarum secundum græcum Alphabetum Patroclos est 871., at summa Ector est 1225., at verò in nomine Ἀχιλλευ; summa 1276. major illa, quam dat Hectoris nomen; unde Hector Patroclum vicit, sed ab Achille est superatus.

80 Sic etiam oblectationis causâ potest quis ex literis educere numeros Chronicos juxta regulam *num.* 41. allatam ad connotandos annos alicujus sive præclari, sive nefarii facinoris. Circa hunc modum plura possunt exempla ingeniosa videri apud Caramuelem in sua *Metametricâ Apollo Arithmeticus Musa secunda Colligens pag.3.* His, & similibus exercitii causà, & animi gratià potest quis licitè incumbere, dummodo nihil seriò agere, sed tantùm ludere intendat, sicut quid simile permittens Seneca suo amico Lucillo *Nec te prohibuerim*, ajebat, *aliquando ista agere sed tunc cum voles nihil agere.*

81 Quæ-

81 Quæritur ultimò an Cabalista possit uti rebus, seù cognitionibus per Cabalam acquisitis?

82 Respond. cum distinctione; si res istæ sunt in se bonæ, neque in conservari à Dæmone pendent, tunc potest Cabalista iis licitè uti, nam illa scientia naturalis est, & quamvis malè acquisita, tamen peccatum, quo parta fuit, jam transiit, & ne iterum in posterum fiat, tantum viget obligatio: sicut lucrum à meretrice turpiter comparatum, honestè postea ab eà retinetur: ita servatà proportione in casu nostro, licet à Dæmone operationibus illicitis alicujus naturalis secreti notitiam Cabalista sibi comparet, potest ut opus naturale, & arcanum tanquam Dei donum in naturà provisum, eo tutà conscientià, & licitè uti. Deus enim permittendo mala interdùm confert beneficia, ut dicit August. *tom.* 3. *l. Enchiridion c* 27. *melius judicavit de malis benefacere, quam mala nulla esse permittere*. Neque in hoc operatio Dæmonum sua est, sed naturæ, idcircò ut optimè observat Abulensis in *c.* 7. *Exodi q.* 10. *in fine* non est valde miranda operatio, sed scientia, quà aliquid faciunt: *eadem enim, quæ ipsi faciunt, & nos faceremus, si tantam cognitionem, ut ipsi de naturalibus habere-*

Quomodo Cabalista possit uti cognitionibus aut rebus per Cabalam acquisitis.

beremus. Si autem effectus requireret præsentem concursum, & operationem Dæmonis, tunc sicut non cessaret malitia, quæ oritur ex ordine ad talem causam, sic semper esset illicitus usus illius. Ut V. G. si quis per Cabalam sibi compararet aliquid secretum pro valetudine vel tuendâ vel recuperandâ, quod ex se nullam vim naturalem posset habere ad talem effectum præstandum, & illud foret applicandum aliquo modo superstitioso, tunc omnis illius usus esset abjiciendus, & teneretur ille potiùs salutem perdere, quam tali remedio illam conservare Ita Suarez *loc. cit. c.* 17. *n.* 1. 2. Sanch *Oper. Moral. l.* 2. *c.* 41. 1. & 42. 20. Valentia *in* 2. 2. *disp.* 6. *q.* 13. *punc.* 2. Palaus *punc.* 11. *n.* 1. Bonacina *disp.* 3. *q.* 5. *punc.* 4. *n.* 6. Leand. *tract.* 9. *disp.* 3. *q.* 39. Salmat. *Theol. Moral. t.* 5. *trac.* 21. *de Præcep. Decal. c.* 11. *punc.* 10. *n.* 163. Hieronymus Vitalis in *Lexic. Mathemat. Digressioni Phisico-Theologica ad verb. sympatia de magneticâ vulnerum curatione q.* 2. *n.* 27. ubi traditâ Doctrinâ probat posse quempiam licitè uti Unguento Armario ad vulnerum curationem, quamvis forte Paracelsus, qui primus in Orbem illud invexit, tanquam homo suspectæ fidei, illius notitiam à Dæmone acceperit, Del Rio *disq. Mag. l.* 2. *q.* 4.

q. 4. lit. F *pactum tacitum*, cum aliis communiter.

83 Huic libro finem imponimus admonendo Lectorem, ut cum sit tàm vanum, tàm superstitiosum, tàm illicitum ad cognoscenda futura, & occulta seriò Cabalæ operam dare, se ab ab hàc Arte omninò abstineat, & veluti impiam, Magicam, Deo maximè displicentem, & sibiipsi summopere perniciosam illam detestetur: Quapropter omne illius studium effugiat, omnia illius præcepta rejiciat, omnes illius libros supprimat, concerpat comburat: *portet secum codices incendendos, per quos fuerat incendendus, ut illis in ignem missis, ipsum in refrigerium transeat*, sicut in reconciliatione cujusdam Mathematici cum Ecclesià dixit Augustinus post enarrationem *Psalmi 61*. & laudabiliter etiam egerunt illi de quibus dicitur in *Actibus Apostolorum c. 19. v. 19. multi autem ex eis, qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros & combusserunt coram omnibus*; quia continebant, si credimus nonnullis, quos refert Michael Medina *l. 2. de Fide c. 7.* Cabalisticas vanitates, & insanias. Scientia enim, quæ comparatur doctrinis Dæmoniorum, ut eas vocat Apostolus *1. ad Timoth. c. 4. v. 1.* non debet allicere, sed

Paræneſis ad Curiosos, ut a Cabala omninò se abstineant.

deterrere Christianorum ingenia: *melior est homo*, ait Ecclesiasticus *c.* 19. *v.* 21. *qui minuitur Sapientiâ, & deficiens sensu in timore, quam qui abbundat sensu, & transgreditur Legem Altissimi*. Unusquisque ergo habenis legis Dei, & rectæ rationis hoc noxium coerceat desiderium sciendi, ne cum studeat contra Pauli monitum *epist. ad Rom. c.* 12. *v.* 3. *plus sapere, quàm oportet sapere*, illud sempiternum exitium sibi paret, quod talia operari conantibus Alcimus Avitus *lib.* 2. *Carm. c.* 15. minitatus est

Nec minus hos pulsat temeraria cura sciendi,
Angit præscitus ducti quos terminus ævi;
Cum tamen eductas inferni sedibus umbras
Colloquium miscere putent, & nota referre:
Spiritus erroris, qui tum bacchatur in illis,
Ad consulta parat vanis responsa figuris.
Ne verò multis dicamus singula verbis.
Præsenti illusus, damnabitur ille perenni

Judi-

Judicio, quisquis vetitum cognoscere tentat.

FINIS.

87

Errata notabilia corriguntur

Pag.	lin.		
4.	23.	Galativo	Galatino
11.	1.	emdium	medium
11.	7.	Judicia	Judaici
18.	6.	מה שמו	לי מה שמו
		mah ſcemò	li mah ſcemò mah
21.	4.	præcipi	præcepi
41.	2.	Cronologi	Chronologi
44.	24.	exihibet	exhibet
52.	*9.*	*Omvis*	*Omnis*
52.	27.	Confilio	Concilio
75.	8.	Cœllę	Cœnę
75.	9.	Reipublicè	Reipublicę
76.	10.	Dęmonius	Dęmonis
82.	28.	ſuſpecte	ſuſpectę